☞Sed mihi q̄d prodeſt cōmiſeratiōe vtitur petit ⁊ cōſulit quid ſibi ꝓſit troianū excidiū.hac ſciſcitatōe ſuſpendit̃ animus ⁊ ad cōmiſeratione ap paratur:in quo ⁊ facile ſibi cōmiſeratione cōſiliat et lenti mariti increpat tarditatē.Diſiecta:diruta Ilios troia ab ilo Trois filio dicta:q̄ ꝑclarā vrbeꝫ a ſuo noie cōdidit in troade:vt ſcribit diodor’. Diruta eſt.viij.mēſis iunij vt Halicarnaſius Dionyſius ſcribit.Si maneo innopinatū ſubdit ad cōicatione:qđ gen’ ſcematis ſuſtentatio a Celſo dicit̃. grece vero paradoxō appellāt:hoc eſt ꝯtra opinione nō eñ penelope verſa troia ſe vt ante coniuge carituā opinabat̃.¶Si maneo ſine viro.¶Durāte tro.cū troia ſtabat.Diruta ſunt alijs:ab aliarū fortuna ſuū merorē amplificat.Alijs ad fortunā aliarū puellarū.¶Reſtant erecta ſunt ⁊ nō expugnata.¶Uictor greci victores.Ubi fuerat troia iā ſegetes creſcūt ⁊ metuntur fruges.¶Semiſepul.virū.oſſa inſepultorū feriuntur:intereūtur ꝑcutiunt̃.Cā morā di:nō tā mora ledebat ꝙꝙ more cauſa ignorabat̃ putabat̃ eñ alieno amore detineri. Lateas curioſius eſt ꝙ ſi maneas dixiſſet. ¶Quiſq̄s ad ſuū officiū laudat tu(inq̄t) lates ne etiā ad me tenuis de te fama perueniat:ego de te ſemp curioſa ſum.Uertit.naute cū ad portū ꝑueniūt puppim in litt’ ꝯuertūt.¶Ad hec lit.itacēſia Charta nota ſcripta.ħ eſt do līas ad te his oībus q̄ ex itaca nauigaturi ſūt i quācūꝙ orbis regionē. ☞Diſiecta.diruta:diſſipata.Lacertis.i.viribus. Quid prodeſt:quaſi dicat nihil.Et mu.Ordo eſt:⁊ ſolum qđ fuit ante murus.i.murus nūc equatus ſolo.i.dirutus.nā tecta equata ſolo dicunt̃ q̄ ſunt diruta.neꝙ ſupra ſolū eminēt.Uerg.Et equata ſolo fumantia culmina ponam.Ouid.lib.iiij.faſto. Hec equata ſolo eſt nullo ſub crimine regni.Si ꝓ ſi quidem ideſt quia.Qualis ideſt vidua ⁊ ſine marito.¶Carēdus mihi ideſt a me. ⁊ notandū hoc participium in voce paſſiua:a carco.¶Dempto fine ideſt ſemper ⁊ perpetuo:nam quod finem nō habet eternum eſt.Alijs ad vtilitatem aliarum.Mihi vni mihi ſoli ideſt in damnum mei ſolius:cū eſſet vtilius ꝙ adhuc ſtarent:vt infra dicet.Utilius ſtarent remanerent:non reuera ſed quantum ad damnum ⁊ dolorem ſolum. Uictor grecus.Incola q̄ illic habitationē fecit poſt victam troiam.Boue captiuo:pro bobus captiuis ideſt bobus qui ante fuerant troianorum nunc a grecis capti.¶Jam ſeges eſt:hec deſcriptio eo tendit:vt penelope oſtendat iam diu troiā fuiſſe euerſam:enumerat eñ certiſſima euerſionis:⁊ ruine argumenta:ex quo magis cōqueritur de abſentia vlyſſis ⁊ ꝙ non poſſit intelligere vbi ſit.Seges añt ſm Uarro.dr̄ a ſatu ideſt ſemine:eſt autem proprie ſeges eorum ſeminum:que pani conficiendo ſunt apta:nondum de meſſa Nam fruges generaliter dicuntur omnes fructus qui in alimoniā verti poſſunt.dicuntur añt eodem varrone teſte a fruendo. hic ergo ſeges accipitur pro ſemine frugum ſato adhuc viridi.¶Falce.ſ.meſſoria.Eſt eñ et falx putatoria:qua arbores putantur:de qua Uerg.in georgi.Falce prunas vmbrā.⁊ in buc.Atꝙ mallē vites incidere falce nouellas.¶Luxuriat:ſupra modum abundat.Hora.Luxurientia cōpeſcet.Uerg.Luxuriam ſegetum tenera depaſcit in herba. Aut omnes,nōnāꝙ refert ⁊ ſignificat exultare ⁊ laſciuire.Oui.primo faſto.Ludit ſed in primis.Luxuriatꝙ pe-

Parado-
xon.

UBER.

cus. Interdum habitudinē ſignificat. Verg. iij. geor. Luxuriatq̄ toris aioſum pectus. luxuriat eī̄ hic ponit̄ pro plenū ⁊ denſum eſt. ¶ Pinguis impugnata. ¶ Sanguine phrygio. i. ſanguine troianorū illic effuſo. eſt autem phrygia aſie regio vbi eſt troia. ¶ Semiſepulta: nō plene ſepulta: vt in bello accidit propter multitudinē. Feriū tur. eruunt̄ ab aratris. Luca. li. vi. Que ſeges infecta ſurget nō decolor herba. Quo nō romanos violabis vomere manes. Idē paulopoſt. Pluraq̄ ruricolis feriunt̄ dentibus oſſa. Occulit tegit ei⁹ frequētatiuū ē occulto. Ruinoſas: plenas ruinis proſtratas. Victor. ſ. tu o vlyſ. Abes: es abſens a domo tua. Nec licet mi. i. nec poſſum ſcire que cauſa morādi. i. q̄ cauſa aūt tibi quare differas redditū tuū in patriā. Aut in quo orbe: eleganter ꝑ in qua ꝑte vrbis. ¶ Quiſq̄s. oſ̄dit nō eſſe culpā ſuā: q̄ ignoret: vbi ſit vlyſ. dicit eī̄ penelope ſe neminē ꝑtermittere q̄ ad littus ſuū veniat: quē nō diligenter interroget de vlyſſe ⁊ cui nō tradat lr̄as quas ille reddat vlyſſi ſi eū alicubi viderit aut inuenerit. Quiſq̄s. i. q̄cūq̄. ſ. vel mercator vel nauita. Vertit appulit flexit. Puppim nauē. Synecdoche. Peregrinā: aduenā: externā. Ad hec littora: ad hāc noſtrā terrā. Ille abit. diſcedit. ſ. hinc. Rogatus. i. interrogatus: vt multa ſup̄ priamo rogitans: al's rogare ſignificat orare. i cō poſitiōe ꝓo cū varijs ꝑpoſitiōib⁹ varia hʒ ſignificata. Arrogare eī̄ ſignificat aſſumere ⁊ attribuere: ⁊ i malā ꝑtē accipit̄: dr̄ eī̄ arrogās q̄ ſibi pl⁹ aſſumit ⁊ attribuit. q̄ deceat. Abrogare penit⁹ tollerare. Derogare in ꝑte minuere ⁊ tollere. vn̄ Cice. ad Here. Cui legi derogatū vel abrogatū ſit. Erogare eſt dare. Irrogare inferre: vt irrogare penā. Hora. primo ſermo. Abſit regula peccatis q̄ penas irrogat aquas. Prorogare: differre. Hora. in p̄rio ſer. Viuēdi recte q̄ ꝓrogat horā. Ruſticus exſpectat dū defluat amnis. Subrogare ſufficere: ⁊ in locū alteri⁹ ſubſtituere. Prerogare ꝑferre unde ꝓrogatiua prelatio ⁊ priuilegiū dr̄: ſiue vt vulgo loquar ꝑeminētia. Reddat det tibi ⁊ ꝓprie dixit. nā litere dari dicunt̄ ab eo q̄ mittitur: reddi vero ab eo qui differt quoniam eius fidei ſunt credite vt reddantur. Cartha. epiſtola.

ASCEN. Ilios. ☞ Ilios diſiecta, ſic Hora. vexata ilios dixit: frequētius tn̄ hoc iliū vel hoc iliū legit̄. Vertit puppim ꝑegrinam ad littora: ſʒ quomō. Prora ad littus appellitur nō puppis. Verū peregrini ⁊ hoſtes cito abnauigaturi: vt dr̄. v. eneī. Obuertunt pelago proras ⁊ ita puppis appellitur ad littus vt parate ſint naues ſi neceſſe fuerit ad fugam

ANTO. Pylos. Neſtor. ☞ Nos pilō. nō ipſa miſit telemachus mr̄e ſcia ad neſtorē: vt diximus acceſſit: pyli tres fuerūt vrbes in Peloponeſo: vna in Leptica regiōe: alia in orapiſca ad alpheū flu. tertia i meſſania: ſʒ neſtoris pylos ab emathomōte e matheſia nūcupata eſt: q̄ multi eam eſſe volūt q̄ eſt in orapiſca: hanc cōdidit nele⁹ neptuni filius ex tiro. Salmonei filia. Neleus ex clori amphionis Thebai filia. xij. filios habuit: oēs ꝑter neſtorē. Hercules ꝑemit q̄ erat ceteris iunior: vt ipſe apud Home. recenſet. Incerta neſtor nihil certi de te nobis retulit. Spartē: ad menelaū: q̄ cū de vlyſſe negaſſet ſcire telemachū remiſit paterā ⁊ peplo donatā paterā Vulcanus affinxerat peplū Helena texuerat. Sparte neſcia menelaus. Spartanus de te verū neſcit. Menia phebi troia ipa ſtarēt: vtili⁹ mihi min⁹ moleſtū eſſet ſi nō eēt euerſa. Phebus ⁊ neptun⁹ laomedūti i fabricādis troianis menibus opitulati ſunt. Colligit cās: vt q̄ʒ dixerat ꝓbabile videatur Heu leuis: nobilis vtit̄ correctiōe. Iraſcor: impro bor: q̄ ꝑ excidio troiano vota ſuſcepi. Scirē vbi pugna. ecce cās vtilitatis oſ̄dit. Ubi in qua orbis ꝑte. Cū multis. i. multarū querele noſtrā facerent leuiorem. Ignoro. diruitam troiā. Area lata. meta phora a ſoli ſpatio ingens eſt curarū fluctuatio. Stulte temere ⁊ fruſtra. Que veſtra lib. amas forte peregrinam puellā: q̄ʒ pro inſatiabili libidine facere cōſueuiſti: vt neglecta vxore al's ames. Peregrino amo. alludit ad Cyrcē ⁊ calypſo cū quibus Vlyſ. multum temporis conſumpſit: ex circe thelegonum genui ex calypſo athlantis filia auſonem a quo italia auſonia nuncupatur.

Nos pilon antiqui neleia neſtoris arua

Miſimus: incerta eſt fama remiſſa pylo.

Miſimus ⁊ ſparten ſparte quoq̄ neſcia veri

Quas habitas terras: aut vbi lentus abes

Utilius ſtarent etiam nunc menia phebi.

Iraſcor votis heu leuis ipſa meis

Scirem vbi pugnares: ⁊ tantum bella timerem

Et mea cum multis iuncta querela foret.

Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens

Et patet in curas area lata meas.

Quecunq̄ equor habet quecunq̄ pericula tellus

Tam longe cauſas ſuſpicor eſſe more.

Hec ego dum ſtulte meditor: que veſtra libido eſt:

Eſſe peregrino captus amore potes.

ABER. ☞ Nos pylō dicit. Penelope ꝑter diligētē iterrogationē ⁊ inq̄ſitionē factā a ſe de vlyſ. apud ꝑegrinos ad ſuū littus venientes ⁊ ꝑter lr̄as traditas q̄ ei reddent: ſe ēt miſiſſe ad diuerſa loca ꝑcūctatū de ipo vlyſ. ⁊ ꝑſertim pylon ⁊ ſpartē: qm̄ ex pylo a neſtore vlyſ. ſocio vel ex ſparte ab Agamenone ⁊ Menelao principib⁹ grecoꝝ putabat ſe poſſe fieri certiorē vbi eēt vlyſſes. Dixit ergo nos miſim⁹ pylō arua Neleia. Neſtoris. i. terrā neſtoris regnata a ꝑre eius Neleo. Fuit vt ſcri. Stra. Pylos vrbs in meſſania vbi neleus pr̄ neſtoris regnauit. Hāc hercules expugnauit ⁊ ex. xij. filijs nelei in eo iterfectis ſol⁹ neſtor ſupfuit: q̄ʒ ipe narrat li. xij. met. ipe neſtor iterdū Pylius dr̄ a pilo a Martiale ⁊ a Iuuena. vt rex pyli⁹ magno ſi q̄cq̄ credis Homero. Exēplū vite fuit a cornice ſecūde antiq̄ſe nis dr̄ eī̄ vixiſſe trecētos āṉos: vt ſanē apō Ouid. Viri ānos bis cēt̄ i nūc tertia viuit̄ etas. Fama de te eſt remiſſa. ſ. mihi a neſtore. Incerta. ignara de te vbi ſis. Miſim⁹ ⁊ i. etiā. ſpartē. lacedemonia. nā eadē ex ſparte ⁊ lacedemon ⁊ ꝑ vrbe ⁊ ꝑ regiōe ponit̄ ⁊ dicta a lacedemone filio iouis ⁊ taygetes filie athlātis. Spartē aūt actūs ē grecus a nr̄ō ſparte. Neſcia veri: ignara veritatis de te. ſparte aūt ꝑ ſpartani ponit̄. i. vrbs ꝑ hoib⁹. Habitas. legēdū eſt nō aūt habites: q̄ ſequit̄ abes: q̄ʒ eſt mōi indicatiui. Lētus tardus ad reuertēdū. Utili⁹ declarat̄ a ꝑte quod dixerat ſuperius. vni mihi ꝑgama reſtant. Utilius eū maiori mea vtilitate. Starēt: eſſent adhuc integrā et erecta dixit ſupra in eo loco. Troia iacet certe. Menia phebi. ideſt muri troiani quos phebus edificauit. fabula autem hoc habet. Neptunus ⁊ Apollo promiſſa ſibi a Laomedōte rege troianorum mercede muros illi edificauerūt: ſʒ Laomedō poſtea eius ꝓmiſſaʒ mercedē negaſſe dr̄: q̄ʒ ideo fingit̄: q̄ aut noluit (Serui⁹) liaomedō neptu



no ⁊ phebo certā pecunie q̄ntitatē vouerat: quam poſtea imminētibus hoſtibus ad muroꝝ edificationē trāſtuliſſe dr̄: vn̄ ipi muros troie fabricaſſe dn̄r: vn̄ auctor hic dicit ꝑgama phebi. ⁊ Ver. li. iij. eñ. Et oīs hō fumat neptunia troia. Heu ipa. i. ego incōſtās ⁊ mutabilis al's leuis ſigt̄ nō oneroſu: ītē vtile ⁊ contētibilē iraſcor meis votis: reprehēdo mea vota: ⁊ ea q̄ optaui: prius eī̄ optaui: vt troiā vinceretis ⁊ diruereti: nunc doleo me ita optaſſe: nā vellē adhuc troiā ſtare. Scirē vbi pugnares ⁊c. ſenſus eſt. ſi troia ſtaret huc ſaltē ſcirē vbi pugnares ⁊ gereres bellū. Et tm̄. i. ſolūmodo. Timerē bella. i. pericula belloꝝ: nō aūt alia ⁊ mea q̄rela de abſentia mariti foret iūcta cū multis. ſ. alijs mulierib⁹ q̄ ⁊ ipe cōquererent̄ de abſentia maritoꝝ ſuoꝝ: q̄ʒ eſſet mihi tolerabili⁹ nā eſt in cōi ꝓuerbio miſeriarū ſocietas ſolatij loco eſt. Quid ti. ſ. nūc cū neſcio vbi ſis. Demēs: exalata ⁊ timore ꝑturbata. Et ptʒ in cu. are. la. me ſenſus eſt: licet neſciā quid timeā: timeo tamē tibi oīa ꝑicula ⁊ mee cure: ⁊ timores in oēm partē vertunt̄. Area ſpaciū. Lata āpla. In meas curas: in meas ſollicitudines ⁊ timores de te. ¶ Patet patēs eſt: ⁊ diffūdit̄. Late atq̄ ſpatioſe: nā area ꝑ ſpatio ponitur ⁊ latitudinē ſigt̄ ⁊ alia ⁊ proprie ⁊ trāſlatiue: q̄ adhuc locū nō ꝑtinēt ꝑtereūt. ¶ Quecūq̄ eq̄r hʒ: ordo ē. ego ſuſpicor q̄cūq̄ ꝑicula. i. oīa ꝑicula q̄ eq̄r hʒ ⁊ tellus eſſe cauſas tā longe more. i. ꝑ tādiu moreris: ſuſpicor fuiſſe cām periculorū q̄ tibi. mari terraq̄ potuerūt accidere. ¶ Hec ego dum ſtul. nūc more muliebri detegit aliā ſuſpitionē quā hʒ dicens: hec ego ſupradictas cauſas ſuſpitio: ſʒ vt vos viri libidine maxime ducimini. capt⁹ es fortaſſe amore alicui⁹ mulieris q̄ te detinet. Ordo eſt dū ego ſtulte meditor: hec. ſ. ſupradicta. tu potes eſſe captus amore peregrino. ¶ Que ve. li. eſt. i. ꝑ ea libidine q̄ libido eſt vr̄a. i. vr̄ʒ viroꝝ. i. quā vos viri habetis: ⁊ hic eſt ver⁹ ſēſus ⁊ ꝓa ꝯſtructio nā ſupplēd⁹ eſt abltūs. talis ꝯſtructio vſitata eſt a doctis. Ser. iul. ad Cice. epl̄a qua ꝯſolat̄ eū de morte filie ſili vtit̄ locutiōe Qui illi⁹ amor in te eſt: h̄ te facere illa nō vult. Ordo: illa nō vult te facere h̄ eo amore q̄ amor illi⁹ eſt in te. ſunt ⁊ alia exēpla: vt q̄ iprobitas tua eſt oppugnare audes. i. ea iprobitate q̄lia iprobitas tua ē ſcʒ h̄ ſint ſatis. hmōi aūt ſuſpitiōes vxorē de amore maritoꝝ abſentiū: qm̄ crebre ſūt ſolent a poetis ipſis mulierib⁹ attribui. Terē. i adel. Vxor ſi ceſſas aut te amare cogitat: aut amari: aut putare: aut aio obſeq̄. ⁊ tibi bn̄ eſſe ſoli: cū ſibi ſit male. ☞ Nos pylon ⁊c. veſtra facila ſunt declinatur hec pylos huius pyli huic pylo hanc pylon vel pylū a nominatiuo pilus. Itē hec ſparta latine: vel ſparte hui⁹ ſpartes grece. Vn̄ eſt accuſatiu⁹ ſpartez ꝑ nr̄ō ꝑ m. ⁊ eſt patria menalai. Ubi lent⁹ habes: ſcʒ domiciliū: aut potius abes. ¶ Menia phebi. i. ꝑgama appollinis fabricata manu: ⁊ ab eo diu cuſtodita. Vnde Ver. Phebe graues troie ſemꝑ miſerate labores ⁊c. ¶ Iraſcor votis: i. deſiderijs q̄ deſideraui cū troia ſtaret excidiū eius nūc cū iacet ei⁹ incolumnitatez q̄ ſi troia ſtaret ſcirez vbi pugnares et tm̄ bella timerez ⁊c. nūc aūt pellicez timet: q̄ʒ tn̄ nōdū expſſe dicit: ſed ꝑ iſinuatiōez. ¶ Area lata: area ab ariditate dr̄ locus i quo terātur fruges que ſunt future frugis ſemina: ſicut abſentia vlyſſis multarū curaꝝ. ¶ Que veſtra libido eſt: aut ꝑ parentheſim dicit: que res eſt veſtra libido: aut dū ego meditor ſtulte hec ſcilicet q̄ eſt vr̄a libido: ſʒ prior modus melior eſt: q̄ ponit̄ hec ſcilicet ꝑdicta: q̄ in mari ⁊ terra cōtingūt apte aūt pluraliter dicit quātū ad ſenſū: veſtra nō tua libido: ne in ſolū vlyſſem talez maculā cōijciat. ⁊ vt facile creditu doceat quod multi cōſueuerunt. Id aūt dicit: q̄ noti erā amores agamennonis achyllis ⁊ aliorum principum. ASCEN

ANTO. ☞ Forſitan ⁊ nar. ꝓſumit q̄ vlyſ. obijcere potuiſſet id genus ſchematis grece. ꝓroilchis latine. ꝓſūptio: vt Fabi⁹ meminit. Narras puellas amas ruſtica in certis reb⁹ ignaua preter in lanificio rudes: incultas ⁊ aſpas. dicim⁹ rudes q̄ nullū in ſtudio cultū ſortiti ſūt. Fallar: hac mea opiniōe decipiar Tenues q̄ ſua lenitate nō videnr̄. ¶ Liber ⁊c. q̄ cū alieno amore tenearis redeūdi non habeas arbitriū. ¶ Uelis ab. in p̄ria redire contēnas. Me pr̄ Ica. ꝓſiſtit in ꝓſumptiōe. Icari⁹ ex policaſte gēuit penelopē leucādiū ⁊ aliziā. Penelope icariotis dicta eſt: qm̄ icariū alij icarioꝝ vocarāt: q̄ filiā ſollicitabat vt eurimacho vni ex ꝓcis nuberet. Tua ſū nō alterius cōiux. ¶ Dicar a poſteris volo a cōſtātia cōiugij. ¶ Pudicis: pudice filie q̄ viri thalamū cuſtodit. Vires: paternū ius ſūptū eē vr̄ ex romanis regib⁹: q̄b⁹ ſentiebat̄: vt q̄ primū etas feret ad ꝯiugiū cogi poſſet vt Diony. ſcri. Dulychij ſamijq̄ ab immodeſtia ꝓcoꝝ arguit ad vltionē acceſſus. Vlyſſes redire feſtinet. Cōuenerāt ꝓci vlyſſis regiā dulychij duo ⁊. l. quos ſeq̄bant̄ famuli ſex ſamij. iiij. et. xx. zacynthij. xx. itacenſes duo ⁊. xx. e quibus hi ab Home. noiant̄ Antin[illegible]. Eurinous egypti herois. Eurimachus poly[illegible]critus euenoſis: neſo pyſander polyctoris: ⁊ heſippus polydecte agalus damaſtoris. Leocles enopi. Amp[illegible]⁹. Demotholome⁹. oēs ꝑemit vlyſſes ꝑter ꝑeonē: medōtha: ⁊ cytharedū euphemiū. Dulychiū ſamos ⁊ zacinthos: inſule adiacēt epithodelichij hodie vocat̄. Samo altitudo ⁊ ſummitas interꝑtat̄: vt ſcri. Stra. Alij appellatā volūt a ſais antiq̄ſſimis thracie ꝑpl's q̄ illā icoluerūt. zacinth⁹ nemoroſa ē nō vltra ſtadia. lx. illi⁹ ē habit⁹. Urbs i ea fuit eiuſdē nois. Proci vlyſſes.

Forſitan et narras q̄ʒ ſit tibi ruſtica coniux.

Que tantum lanas non ſinit eſſe rudes.

Fallar: ⁊ hoc crimen tenues vaneſcat in auras

Neue reuertendi liber abeſſe velis.

Me pater icarius viduo diſcedere lecto

Cogit: ⁊ immenſas increpat vſq̄ moras.

Increpet vſq̄ʒ licet tua ſum tua dicar oportet

Penelope coniux ſemper Ulyſſis ero.

Ille tamen pietate mea precibuſq̄ʒ pudicis

Frangitur: ⁊ vires temperat ipſe ſuas.

Dulychij ſamijq̄ʒ ⁊ quos tulit alta zacinthos

ABER. ☞ Forſitā. addit ⁊ aliā ſuſpitionē de cōtēptu ſuo: q̄ʒ. ſ. vlyſ. vt gratior ſit noue amice vituperatā ipaz penel̄. Sic meda ad iaſonē. Forſitā ⁊ ſtulte dū te iactare marite. Queris ⁊ iniuſtis aurib⁹ apta loquuntur faciē moreſq̄ meos noua crimina fingis. ¶ Ruſtica: inculta. Que tm̄ lanas nō ſinat eē rudes. i. qui nulli aliter muliebri ſarcī ſit apta niſi carpēdis lanis nō etiā acu. Notādū ē penelopē ſuſpicari nō ſolū q̄ vlyſ. eā ruſticā dicat apō amicā verūetiā dicat eſſe anū: nā mulieres iuuenes magis exercitio acus vtebant̄: nō ad cōſuēdū: ſʒ ad pingēdū varijs colorib⁹ ⁊ figurādū veſtes q̄les a didone nō textas: ſʒ acu pictas ſigt̄. Ver. ene. li. xj. Tū gemias veſtes auroq̄ oſtroq̄ rigētes. Extulit eneas: q̄s illi leta laboꝝ. Ipa ſuis quōdā manib⁹ ſidonia dido Fecerat: ⁊ tenui telas diſcreuerat auro. ⁊ alibi. Pict⁹ acu clamidē ⁊ ferrugie clar⁹ hybera. An⁹ aūt q̄ ꝑp viſus hebetudinē aut man⁹ iſtabilitatē acui nō eēnt apte ad lanā trāſſerebant̄: ⁊ talē mulierē Iu. ſigt̄ cū dixit. ⁊ i cōſilio matrona admotaq̄ lanis. Emerita q̄

ceſſat acu. ¶ Rudes .i. ipolitas. ¶ Fallar optatiui eſt modi: ⁊ ſubaudit vtinā. Fallar ſcʒ hac mea opi. quā de te habeo. ¶ Hoc cri. quo te accuſo ſcʒ de more alterius mulieris. ¶ Tenues: vacuas: vel ſubtiles. Auras .i. aera q̄ ē tenuis cōparatiōe aq̄ ⁊ terre. ¶ Vaneſcat in vanū hoc eſt in nihilū abeat: hoc ē nō fit vez. ¶ Ncue rc. copulatiua eſt piūctio ſignificat eñi: ⁊ ſenſus ergo ē: ⁊ tu liber reuertēdi .i. tu nō ꝓhibit⁹ q̄n reuertaris .i. vtinā nulli⁹ mulieris amoris retētus ne velis abeſſe. liber eñi eñdi dr̄ cui ire ꝑmittit ⁊ ſic liber reuertēdi q̄ libertatē hʒ reuertēdi. Pōt etiā ordinari cū ſequētib⁹ ꝟſib⁹: ⁊ ne tu liber reuertendi velis abeſſe: pater icarius cogit me ⁊c. rariſſime tū inuenit apud Oui. vt ſenſu pēthametro ꝓcedendi ad hexametrum vel pēthametrum ſequētes trāſcant q̄uis nōnunq̄ faciat: vt in epiſtola phyllidis. Quaq̄ patēt oculis littora lata meis: ſiue die laxat hum⁹ ſeu frigida lucent ſydera: proſpicio quis freta vētus agat. Me pater. Cōmēdat nunc penel. amorē ſuū: ⁊ cōſtātiā erga Vlyſſem: q: cū poſt tā diuturnā abſentiā vlyſſis vellet ei⁹ pater alteri viro collocare: dicit ſe nūq̄ voluiſſe Icarius pater meus fuit eñi filia icari fratris Tindari vt ſcri. Stra. lib. x. Policaſta eius mater fuit: pater aūt penelopes ⁊ eius fratres alʒeus leucaudius: q̄ cū regnū acarnanie tenuiſſent, ciuitatib⁹ nomē dederūt ſepe; voluerāt eā Eurimacho vxorē tradere adducit Stra. Homeri verſus latinos ſic factos Olli in terra patris ꝓperant habitare feroces. Icarij cuius de ſemine filia pulcro. Germaniq̄ orti fratres: tum ꝑtinus illā eurimacho pater ⁊ fratres nupſiſſe volebāt dicit ergo. Pater cogit: ſcʒ ꝟbis ſuis: nā volūtas patris filiab⁹ pro iuſſu habenda eſt. ¶ Diſcedere viduo lecto. ſ. tuo a te derelicto: ⁊ in quo ſuʒ tāq̄ vidua. Increpat: incuſat. ¶ Moras immēſas .i. nimis lōgas moras meas q̄ te tādiu expectē. ¶ Increpet hui⁹ ꝟbi repetitio hʒ emphaſim q̄ſi dicat. clamet mihi. q̄tū velit. ¶ Oportet. decet. ¶ Pietate mea .i. meo vehemēti erga te amore. ¶ Frāgit: vincit. Et vires tēperat .i. minuit impetū animi: q: q̄n videt me tam eſſe amātē tui min⁹ poſtea inſtat vt nubā alij. ¶ Dulichij: nūc penelope procatores ex diuerſis locis veniſſe cōmemorat. Sūt aūt ꝓci ſiue ꝓcatores q̄ ꝑſeuerāter ⁊ inſtanter aliquē vxorem petūt: procari eñi eſt importune ⁊ perſeueranter petere. Ordo eſt proci dulychij ⁊c. quos ⁊. Ruūt in me. Dulychium autem vt ſcribit Strabo vna eſt ex echinadibus, inſulis quē ʒacinthus ⁊ cephaleni ad orientē ſolem iacēt: ex ea duo de quinquaginta procos veniſſe ſcribit homerus Cephaleniā aūt teſte Strabone quidam Dulychiū appellare nō dubitauere dictā aūt ait a cephalo hanc tetrapolim .i. quatuor ciuitates habentē appellatā dicit. Sume cephalenie vrbs eſt: que ſamos dicitur. Naʒ pro vrbe (teſte Strabone) vtroq̄ mō dicitur pro inſula ꝟo tantūmodo Samos. Ex ea quatuor ⁊ viginti proci venerūt ʒacinthos paulo pluſq̄ Cephalenia in occaſum vergit eāq̄ magis attingit: eius aūt ambitus vltra centū ⁊ lx. ſtadia abeſt a Cephalenia ad ſtadia .lx. nemoroſa quidē verum fructifera eius nois vrbs eſt celebris. hec Stra. ⁊ quos tulit quos ꝓcreauit alta eminēs. Ver. iij. Iā medio apparet fluctu nemoroſa ʒacinthos. ꝑ hoc qđ dixit; apparet altā eſſe ſignificauit.

ASCEN ¶ Quā .i. q̄ntū ruſtica pur lanificio attēta ē. Fallar. optātis eſt .i. vtinā fallar; ab opinione aut ſuſpiciōe mea: ⁊ ne velis abeſſe cū fueris liber reuertēdi .i. q̄ncūq̄ dabit facultas libere reuertēdi: q̄ ē his q̄ amorib⁹ adulterinis indulgēt: q: nihil ē qđ eis legitimā auferat libertatē: ⁊ tū nō redeūt: q: capte ſunt. ¶ Diſcedere lecto viduo .i. accedere lectū maritalē. Proci .i. ꝓrtuni ⁊ ipudici. petitores cōnubij Dulychij .i. ex dulichia ⁊ ſami ex ſame. ſic eñi

Same. a ver. vocat. iij. eñ. Dulychiūq̄ ſameq̄ ⁊ neritos ardua ſaxis. Ad qđ ſerui⁹ ſame (inq̄t) caphalenie ē nā ſamos in aſia hec ille. hic tū vr deductū a nrō ſamos: nā ſame faceret ſamei: ſed de ea iſula ſunt quā ſamē Verg. vocat.

ANTO. ☞ Turba luxurioſa. ꝓci exprimit nois vim ex verri. flac. ſnīa procos eñi dicimus q̄ eādē libidinē nimia appetētia cōſpirāt ꝓcādo dicti. Eſt ꝓcare vti

Precare. Verri ſcri. nimiū laſciuie petere. vñ ꝓcaces molliū rez petitores ⁊ appetēdo nimiū petulātes: ⁊ ꝑ nimia laſciuia q̄ appetētia petulātia Ruūt ex oibus inſulis echinadibus in tuā regiā cōfluunt. In me meū cōcubitum petētes. Luxurioſa turba libidinis plena ⁊ petulās. Viſcera noſtra q̄s nō minus lacerari ⁊ ſumi dolemus: q̄ ſi noſtra corpora dilaniarent. Quid tibi pyſandrū aliquos nominat ad excitandū inuidiā Erat pyſander vt diximus polictoris Medōtaq̄ Cytharedū. dirum obſcenum Manus auidas: ad tuas opes ꝑdēdas prodigas Antioni ⁊ eurij; hi duo erāt ex procis priores atq̄ alios referaʒ quos oēs turpiter abſens Turpiter ſummo tuo dedecore qui domū neglexere videris Sanguine tua induſtria; ⁊ labore Irus egens: pathos ab humilitate ꝑſone. ¶ Irus itacēſis mēdicus corpe vaſtus: ſed nullis viribus: vt home. ſcri. Arneus primo vocatus eſt ab vlyſſe pugno ꝑcuſſus ſub habitu mēdici fere extinctus cecidit. Melāthus eſt magr̄ ouiū cū ꝑcus vlyſſis armēta deuorabat: ſed philetius ⁊ eumenus poſt vlyſſis reditū tractū pedibus ⁊ manib⁹ in cubiculū ad trabē ſuſpenderūt ꝑcuſſerat vlyſſem calce ad fontē cū ageret in ꝓcoꝝ cenā pinguiſſimos ouiū greges. erat tunc vlyſſes in habitu mēdici. Tres ſumus imbelles: pathos ab etate ⁊ ſexu. Ille telemachus: ꝑ inſidias: proci telemacho ⁊ neſtori eunti inſidias poſuerūt: vt Home. refert ⁊ Stra. teſtatur q̄s antinous molitus eſt. parauerat eñi nauim cū ſociis viginti: ſed palladis numine euaſit Telemachus. Pylō ad neſtorē. Oib⁹ inuitis tota domo abnuēte nihil penelope de filij diſceſſu nouit: vt diximus.

Turba ruunt in me luxurioſa proci

Inq̄ tua regnant nullis prohibentibus aula:

Viſcera noſtra tue dilacerantur opes.

Quid tibi pyſandrum polybum. meduntaq̄ dirum

Eurimachiq̄ auidas antinoiq̄ manus

Atq̄ alios referam quos omnes turpiter abſens.

Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.

Irus egens, pecoriſq̄ melanthius auctor edendi

Vltimus accedunt in tua damna pudor.

Tres ſumus imbelles numero. ſine viribus vxor

Laerteſq̄ ſenex: telemachuſq̄ puer.

Ille per inſidias pene eſt mihi nuper ademptus

Dum parat inuitis omnibus ire pylon.

Dij precor hoc iubeant: vt euntibus ordine fatis

Ille meos oculos comprimat: ille tuos.



☞ Turba multitudo: q: vt ſupra oſtendimus erant q̄plurimi. ¶ Ruūt cōcurſu ⁊ quaſi facto impetu veniunt vt diximus. Ac vēti velut agmine facto. Qua data porta ruūt. ¶ Regnāt inuidioſe dixit. q. d. nō ſatis eſt illis venire in domū: ſʒ volūt in ea eſſe dñi ⁊ diſſipāt res tuas que ſunt mihi chare: tāq̄ viſcera mea. Dilacerantur. diſſipātur. ſ. ab ipis. Quid tibi piſandrū. Occupatio eſt rhethorica exornatio: dicit eñi: ſe nō dicturam: ⁊ tū cōmemorat quoſdā quos ſibi infeſtiſſimos eſſe dicit. ¶ Auidas ma. auidas: ⁊ ad rapiēdū paratas. Rebus diuitijs. Partis: adq̄ſitis. Tuo ſan. q: eas in bello ⁊ multis periculis adquiſiſti. Turpiter: cū tua infamia: nā turpe ē pati res ſuas dilabi. Irus egēs: nolat alios diſſipatores bonorū vlyſſis: quos oſtendit eſſe hoies viliſſimos. Irū: vt ſtra. ſcri. Home. arneū appellat ab arne vrbe boene egenū autē fuiſſe. Ouid. hic. ⁊ in. iij. triſtiū oñdit: q̄ eius nomē ꝓ paupere ponit. Nēpe dat: ⁊ quodcūq̄ libet fortuna rapitq̄. Irus ⁊ eſt ſubito qui modo Creſus erat. Idē lib. ij. de remedio. Cur nulla eſt hecarē nulla eſt que ceperit. Irū. Nēpe qđ alter egēs: altera paup erat. Melāthiū autem alij paſtorē ⁊ caprarū Vlyſſis fuiſſe volunt: ſed lanium potius ſignificat: hoc eſt qui pecora ad eſum mactaret et laniaret ⁊ dictus eſt auctor pecoris edendi ad vituperiū: q: erāt ⁊ auctores pecoris ſignificādi: ⁊ hi tā viles nō habebant dicebāturq̄ miniſtri. ¶ Vltimus pudor: vltimū dedecus: q: ſunt viliſſimi. ¶ Pudor aūt interdū verecūdia: hic pro timore infamie accipitur. Ingenui vultus puer: ingenuiq̄ pudoris. interdū ꝑ dedecore: vbi hic; interdum pro pudicitia. Verg. iiij. eneid. Ante pudor q̄ te violē. Tres ſumus: occurrit obiectioni. Ordo eſt. nos ſumus tres numero imbelles .i. nō apti bello: ⁊ viribus debiles ſcʒ ego. Vxor: argumentū a ſexu: nā mulieres natura ſunt imbelles. ¶ Laertes: pater tuus. Vulgo enim ex laerte genitus a poetis dicit; licet interdū ſyſiphi filius appellet. nā cū eius mater Antidia ad laertē ſponſa deduceret fuiſſe rapta a ſyſipho latrone: ⁊ ex eo genuiſſe. Vlyſſeʒ qđ ei ad cōtumeliā Aiax obijcit lib. xiij. met. Qui ſanguine cret⁹ Syſipho apud Ver. q̄ li. vj. cōtumelie cā ſyſiphi fili⁹ dr̄ cū Deipheb⁹ dicit hortator ſcelerū Acolides: nā ſyſiphus eoli filius fuit. Oui. tamē nulla cōtumelie cauſa ſyſiphi filiū dixit li. iij. de arte amādi. His ſua ſyſiphides auditis pene reſolui. Corpora: nā ſociis illita certa fuit. Hec dicit vt tollat dubitatio ſicubi reperiatur ita appellat⁹. Telemachus puer vel filius vel etatis puerilis ⁊ tenere. ¶ Ille telemachus: pene fere. Eſt adēptus: eſt ſurreptus. Per inſidias: per dolos. Omnibus inuitis: cōtra voluntatē omniū. ¶ Dij precor: optat penelope: vt telemachus ſit ſuperſtes ſibi ⁊ vlyſſi. Ordo eſt precor vt dij iubeāt .i. velint vt infandum regina iubes renouare dolorē. vt ille telemach⁹. cōprimat. claudat. Meos oculos: quia propinquiores ſolebant morientibus oculos claudere qui morte late aperiuntur.

☞ Rebus partis .i. adquiſitis tuo ſanguine .i. ſudore aut periculo vite: ſi quas troia domū dimiſerat. ¶ Irus egens. Ordo eſt. Irus procus ille egens .i. famelicus ⁊ olim egens ⁊ melanthius auctor pecoris edendi. i. aſſumendi: accedunt in tua dāna: exiſtentes vltimus .i. ſummus pudor: nam nihil indignius q̄ ſanguine parta a talibus liguriri ⁊ coniugem precari impune permittere. ¶ Tres ſumus imbelles. Docet oēm ſpem in vlyſſe collocatam: cū nulla ſit reſiſtendi poteſtas ſibi propter ſexum: patri propter ſenium: ⁊ filio propter imbelles annos. SACE

Hoc faciant cuſtoſq̄ boum longeuaq̄ nutrix

Tertius immunde cura fidelis hare.

Sed neq̄ laertes: vt qui ſit inutilis annis

Hoſtibus in medijs regna tenere poteſt

Thelemacho veniet: viuat modo fortior etas

Nunc erat auxilijs illa tuenda patris

Nec mihi ſunt vires inimicos pellere tectis

Tu citius venias portus ⁊ aura tuis.

Eſt tibi ſitq̄ precor natus: qui mollibus annis

In patrias artes erudiendus erat.

Reſpice laerten vt iam ſua lumina condas

Extremum fati ſuſtinet ille diem.

Certe ego que fueram te diſcedente puella

Protinus vt redeas facta videbor anus.

ANTO. ☞ Hoc faciāt: votum meum ratū velint. Euntibus or. fatis: vt non cadat ante diem. Ille telemachus. Claudat meos oculos ⁊ tuos. Nā qui erant genere propinquiores mortuorū claudebant oculos. licet in lege manlia eſſet: vt Var. tradit ne filij parentibus ſigillent oculos. Cuſtos boum. Philetius paſtorum magiſter: vt Vlyſſis vacarum cuſtos. Faciunt hoc idē vouēt. Longeua nutrix euricleia piſenoris filia. nutrix Vlyſſis quā laertes emerat. xxx. bobus ipuberē ⁊ caſtā ſeruauerat. Cura fide. fideliſſim⁹ cuſtos eumeus hare immūde: ſordentiū porcorū. erat eumeus ethesij filius cuſtos porcorum ethesij ormenis filius in ſyria: que eſt inſula vltra ortigiaʒ in mari egeo filium genuit eumeum quā nutriendum dederat phenicie mulieri aribātis filie: hec cū puero ⁊ tribus poculis ſe phenicibus mercatoribus addicit. Septimo die ſagittis a diana confoſſam: mercatores in mare illam proijciūt. Tū eumeū puerū laerte vendūt: additus porcoꝝ cuſtodie fecerat aras duodecim cōtiguas ita vt ſingule quinquaginta fetas ſuas clauderēt. ¶ Sed neq̄ la. perorat colligitq̄ q̄d incōmodi ex abſentia oriat: q̄d ve vtilitatis ex reddituu. Hoſtib⁹ in medijs: inter tot porcos. Tenere: gubernatur fortior ad tractāda arma: ⁊ ad regna moderanda cōuenieſ in adoleſcētia. ¶ Tuēda ſub tutela inſtituenda. ¶ Tu. ci. ve. ecce redit vnde inceperat: dixerat enim attamen ipſe veni. ¶ Portus ⁊ au. metaphora a naufragis ſolis (inquit) in tantis periculis ſalutem feres: natus telemachus. Mollib⁹ iuuenilibus. Nā pueri tanq̄ arbuſcule facile ad omnia trahunt qui ꝑ difficile inſtitui poſſunt ſi etate

Philet⁹. Euricleia Eumeus

durefcant. ¶ In pa. ar. ad arma tractanda: iuſta ſuaſio eſt. ¶ Laertem patrem tuum inuitat: te inquit moriturus pater propediem ad redeundum vt illi claudas oculos ⁊ iuſta perſoluas. ¶ Diſcedente: ad bellum troianū properante pathos ab etate. ¶ Vt venias poſt annum. xx. ex quo diſceſſiſti. ¶ Videbor anus: tanto magis ſeneſcam ſi diutius immoraberis.

ABEN. ☞ Hoc faciant .i. hoc idem precantur. Cuſtos bo. bubulcus noſter: hoc eſt boum cuſtos. qui vt Theocritus edilio. xvj. ſcri. philetius appellabatur. habebat eñi Vly. ſicut plerīq̄ alij ea tēpeſtate magnam partem prouentuum in armentis et gregibus. Longeua anus. longeua etatis nutrix. ſ. tua hec euricla dicebatur. ¶ Tertius cu. ſi. cu-

Nos. Hare.i.porcorum.i.ſubulcus:is Eumeus vocabatur.fuit alius Syborcs: immunde.fede. Eſt eñ porcus animal fedum. hara aſpiratum:⁊ prima correpta ſignificat porcorū ſtabulū:prima lōga ⁊ ſine aſpiratione eſt locus vbi dñs ſacrificatur. Sed neq͂ laertes.probauit ꝙ filius puer non poſſit defendere eius bona aduerſus raptores:nunc dicit de laerte.vt.i.tanq͂ ſcilicet is qui ſit inutilis annis:ſcilicet qui ꝑ etatē non ſit aptus. ¶ Tenere:defendere. Modo:vel tantum modo:vel dūmodo. Illa etas puerilis. Tuenda:adiuuanda auxilijs patris ſcilicet tui cum ipſe per etatem:nec cogitare nec agere ſciat que vtilia ſunt:nec mihi ſunt vires: nunc penelope dicit de ſe. Pellere: ideſt ad pellendum. Inimicos qui tua dilacerant. Tu citius ſubaudiendum eſt ergo. Tu venias citius pro cito. ¶ Portus ⁊ aura.i.ſalus ⁊ requies:tranſlatio ſumpta a nauigantibus:a quibus nihil optatur ꝙ venti ſecundi:⁊ portus. Tuis patri filio ⁊ mihi Eſt tibi:quia ſcit deſiderio filij patrem maxime moueri: ideo adhuc in memoria ei reducit. Sit.ideſt diu viuat. Mollibus teneris puerilibus. ¶ Erudiendus.inſtituendus in artes patrias.ideſt paternas. Nam vt Cicero.j. offi. inquit. Pleriq͂ parentum preceptis imbuti ad eorum conſuetudinē morēq͂ deducunt. ¶ Reſpice la.hoc ſi non mouet te filius puer: moueat te pater iā iā morti propinquus qui expectat:vt ei mortuo oculos claudas:qđ officiū pietatis patri a filio preſtari decet. ¶ Reſpice verbum eſt miſericordie. Iuuena. Solus eñ triſtes hac tēpeſtate Camenas reſpexit. Et iam.i ſtatim. Condas claudas. Fati.ideſt mortis.certe ego mouet miſericordiam a perſona ſua. dixit enim cum tandiu abfuiſſet vt q͂uis cito redeat:inueniat tñ eā anum:quam puellā diſcedēs reliquerat. Protinus.i.cito.al's ſignificat continue. Et.i.q͂uis. Redeas.reuertaris.ſicut Ouid. exercendi ingenij gratia hanc epiſtolam a penelope ad vlyſſem ſcriptam finxit:ita ⁊ reſponſiuam ab vlyſſe remiſſam ſe ſcripſiſſe fatet in ſecundo amorū ad Macrum vbi cōmemorat:vt ſupra diximus aliquot epiſtolas reſponſiuas a ſe ſcriptas:que hodie non extant inter quas ⁊ hāc reſponſiuā ponit.cuius carmina ſubdā:vt eorū ptinaciā refutē:cōtendunt has ep̄las ab ouidio nō fuiſſe ſcriptas ſed facile cōuincunt his verſibus. Et qđ penelopes verbis reddatur vlyſſi Scribimus.⁊ lacrimas phylli relicta tuas. ¶ Qđ.p.⁊ macharcus ⁊ qđ male grat' Iaſon. Hyppolitiq͂ parēs hyppolitusq͂ legat. Quodq͂ tenēs ſtrictū dido miſerabilis enſem. Dictat ⁊ aonie leſbis amica lyre. Quā cito de toto rediīt me' orbe ſabinus. Scriptaq͂ diuerſis rettulit ille locis. Candida penelope ſignū cognouit vlyſſis. Legit ab hyppolito ſcripta nouerca ſuo. Iam pius eneas miſere reſcripſit Eliſe. Quodq͂ legat phyllis ſi modo viuit habet. Triſtis ad yſiphilē ab iaſone litera venit. Dat notā phebo leſbis amicā lyrā. He ſex ep̄le nuſq͂ in operibus Ouidij reperiunt:cum alie ſupradicte miſſiue in hoc volumine legant. Vlyſſes tñ poſt multos errores delatus ad alcinoū pheacū regem ab eo ⁊ vxore Areta benigne exceptus ⁊ naue ⁊ ſocijs donatus tandē in itacham reductus eſt in naui dormiens:vbi excitatus dr̄ a pallade:quā ſemꝑ habuerat fautricem ⁊ premonitus de his q̄ eſſet acturus ſub ſpecie ſenis mendici domū ſuā ingreſſus eſt:vbi multa ⁊ a procis penelopes paſſus tandē recognitus ab euriclia nutrice auxilio ſubulcorum ⁊ telemachi quibus ſe indicauerat iniuriam ſuam vltus eſt:cum eos pugna interemiſſet: aut vt alij volunt oculis tantummodo orbaſſet:ita vt in triuijs ſtipem querere cogerent:poſtremo a Thelogonio filio:quē ex Circe ſuſceperat:cum non cognoſceretur eſſe pater interfectus eſt:⁊ ſic qui tot maris terreq͂ pericula euaſerat:manu filij cedem effugere non valuit. hoc parricidio commiſſo Thelogonius ex ithaca diſcedens in Italiam venit:vbi Tuſculum oppidum condidiſſe dicitur: Thelemachus patris ſucceſſit: penelopem vſq͂ ad vltimū ſpiritum pudiſſe vixiſſe dicitur. vnde pro exemplo pudicitie a poetis preponi ſolet.

ASCEN

☞ Hoc faciunt.i.idem optant ⁊ precant. cuſtos boū.i.bubulcus noie philetius ⁊ nutrix longa.i. vetula longieui euriclia noie:⁊ tertius.ſ.eumeus qui eſt cura fidelis hare immunde.i.cubilis porcorū qui immundi ſunt: et in hoc ſignificatio ſcribitur cum h ⁊ corripit primā:vt patet hoc loco. Tu neceſſarijs. Sic in bucco. Verg. Tu decus omne tuis:portus ⁊ aura.ideſt ſalus ⁊ via ad eam ꝑueniēdi. ¶ In patrias artes.i.obtiendas patrias artes que in re militari ⁊ repu. cōſiſtūt:⁊ niſi acciperet in pro ad dicere poſſet in patrijs auribus. ¶ Reſpice laertē non ſcribendum eſt laertē vt verſus indicat:quia a prima declinatione in es habetur accuſatiuus in en longū vt condas.i.claudas:vt redeas pro redieris videbor anus:ideſt vetula decrepita.

## ¶ In ſecundā ep̄lam argumentum.

ANTO. Theſeus.

Egeus Neptuni ⁊ Meropes. fili' ex Ethra pythei Theſeum filiū tulit. Theſeus ex perigone Scylidis menalippum ex ariadna ſtaphillū et enopionem:vt chius enochius ex antioche: quam dydimus hyppoliten appellauit: Hyppolitum: ex phedra acamanthum et demophoontem vt Diodo ſcribit.

Demophoon.

Pindarus vero ex anthiope et theſeo natum demophoontem tradit Theſeus diſperſos vicatim athenienſis in ciuitatem colligit: auctore Plutarcho. deinde ſua lege per ſigna teſtarum ab athenienſibus electus in ſcyro inſula exſulauit Mneſteus Hornei erecteri ex tribu phitea filius vel penthei vt Homero placuit regnum ſuſcepit athenienſium. Theſide omnes aut male mulctati ſunt:aut exſularunt.

Phyllis.

Phyllis lycurgi driantis ex cruſtamena filia demophoontē poſt lōgos errores extorrē et indignū hoſpitio ⁊ in regni partē ſuſcepit. Data nuptiarū ſponſione: dū mutua amoris cura tenerent nunciat Mneſteū e bello troiano redeuntē ad qđ quadraginta nauibus ierat in bello egit: cōtra cretā inſulam deceſſiſſe. Demophoō pollici-



### Phyllis demophoonti.

Hoſpita demophoon tua te rhodopeia Phyllis.
Vltra promiſſum tēpus abeſſe queror
Cornua cum lune pleno ſemel orbe coiſſent
Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt



Luna quater latuit:toto quater orbe recreuit.
Nec vehit acteas ſcytonis vnda rates
Tēpora ſi numeres:bene que numeramus amantes
Non' venit ante ſuam noſtra querela diem.

tus intra mēſes reditū:a puella impetrata venia parata claſſe diſcedit Athenieſe imperiū occupat.x. poſt exſiliū anno:vt auctor ēſt trogus. Quatuor iā exactis mēſib':cū nō reuerteret phyllis ep̄las ſcribit:ſuadet ⁊ bñficiorū memor ſeruatis ſpōſionib' in fide pſiſtat:qđ ſi negligat ſtare ſuaſ violatū pudorē leto magnanimo penſet. ¶ Hoſpita demophoon ꝑponit ꝑmiſſis legitimā expoſtulationē. Phillis rodopeia thracia. rhodope mōs ē thracie i quē v'ſa fuiſſe aiūt rhodopē cū deos imortales ꝯtēneret. Alij tradūt i eo ſeplā eē rhodopē reginā. hoſpita. q̄ te idignū:⁊ errātē hoſpitio acceptū tot bñficijs affeci. ¶ Queror: ſumma q̄rela te accuſo. ¶ Abeſſe vltra ꝑmiſſum tēpus:qđ intra mēſem vt ꝑmiſiſti non redieris. Cornua cū lune. circūſcribit pacta tp̄a. Anchora pacta. trāſlatio dura ē:vt Fabi' monet poetis cōceſſa tribuit inanimatis:qđ animatū ē. Pepigiſti inquit:vt anchora thracis littorib' ſiſteretur. Cū ſe. coiſſent lſie cornua vno lune decurſu quē ꝑagit ſeptē ⁊ viginti diebus:⁊ octo horis. vt Pli. ſcribit. ¶ Luna qua. la. agitur iam quartus mēſis ⁊ tu nō rediſti. ¶ Acteas. actici demophoontis naues actea dicta eſt ab actide cranci filia: ſiue ab acteone:que vetuſto nomine dicta eſt acta:qm̄ anguſta ſit ⁊ ad mare porrecta. actei eñ littus ſignificat. vt i Meta. expoſuim'. Vnda ſythonis:mare thraciū:thracia vetuſto numine ſythō nuncupata ē: vt ſcribit Sel.vij ſcythōis.⁊ ſcythoni'. Nec legas ſchythois:ſꝫ ſcythonis. ¶ Nr̄a q̄rela.nr̄a expoſtulatio citi' tarda eſt ꝙ ꝑceps.

Rhodope.

☞ Hoſpita.quidā interp̄tes in huius epiſtole argumēto falſa quedā ſomniauerūt demophoontē ex colchis cum argonautis reuertentē ad phylida Thraciū reginā diuertiſſe cū demophoon eo tēpore nōdū eſſet natus: aut certe nundum eius etatis vt ad talem expeditionē proficiſceretur:verum ita res habet demophoon theſei filius auxilium grecis:vt Iuſti.lib.ij.ſcribit aduerſus troianos tulit qui ab eo bello rediens tempeſtatib' maris ⁊ longis erroribꝰ actus in thraciā delatus eſt:vbi a Phillide que per ea tempora regina Thraciꝫ erat portu hoſpitioq͂ exceptus ⁊ ab ea ardenter amatus in coniugium rogatus eſt:qui ei cōiugi fidē dedit:⁊ ob beneficia accepta iurauit ſe nūq͂ eam derelicturum vxorē verū audita morte Mneſthei: q̄ poſt eiectū ex vrbe Theſea demophoontis patrem athenieñſium imperium occupauerat. Demophoon cupidus regnādi diſſimulata eā petiuit a phyllide aliquātū temporis quo athenas res ſuas ordinaturus accederet:data fide ſe intra mēſes redituꝝ ad eam:verum cum vltra quartū menſeꝫ iaꝫ ſuū reditū diſtuliſſet. phyllis amoris ipatiētia:⁊ doloris impulſu qđ ſe ſpretā crederet:⁊ eius reditum iam deſperaret:zona ſua gutturi circūligata laqueo vitā finiuit. ⁊ vt fabule ferunt in arborem: Amigdalum ſine folijs mutata eſt poſtea reuerſus demophoon recognita truncum eius amplexus eſt:que veteuli ſponſi ſentiēs aduentum folia emiſit. vnde teſte Ser. phylla grece folia dicta ſunt a phyllide. ante igitur hunc caſum phyllidis cum demophoon reditum ſuum longe vltra promiſſū tardaret Phyllis ad eum hanc epiſtolam ſcri. qua multis ex cauſis ⁊ rationibus eum reuocare nititur. Cōmemorās eiuſiurandi demophoon:⁊ ſuorum erga eum beneficiorum obligationem. poſtremo conatur eum mouere referens:ꝙ niſi reuertatur aliquo crudeliſſime mortis genere ſe interimet:in quo dicit fore: vt appareat ingratitudo et crudelitas demophoontis vel per epitaphium eius inſcriptū. Hoſpita. ordo eſt demophoon. ego phyl. rhodopeia hoſpita tua queror te abeſſe ⁊c. Hoſpita dicitur fe. generis. licet legatur hoſpes communis generis. in hoſpita vero ⁊ fe. ge. reperitur:vt in hoſpita ſyrtis. ⁊ neutri generis:vt Ouid. lib. j. m. et in hoſpita tecta tyranni ingredior. rhodopeia threicia. nam Rhodope mons eſt thracie ita dictus a rhodope muliere in eum conuerſa ſicut ⁊ hemus:vt ſcripſit Ouid. lib. vj. met. Threi. rho. ha. an. al. ⁊ hemum. Nunc ge. ma. mortalia corpora quondam promiſſum:ſcilicet mihi a te. Cornua dicit ſpatium temporis ſibi promiſſi. ſ. ſpatiū vnius menſis:quod per lunam ſignificauit. Cor. lu. ⁊c. i. cum luna ſemel eſſet facta plena tunc eñ extremitas lune:que ob ſimilitudinem cornua dr̄:cum coeunt. i. cōiunguntur:⁊ ſe tāgunt:⁊ ideo dicit pleno orbe. i. pleno circulo ipſius lune poſſumus tamen fortaſſe melius intelligere ſpatiū medij menſis quo luna creſcit: ⁊ implet orbem inde et Iuue. dixit. Semeſtri vato digitos circumligant auro. i. anulo rotundo:qualis eſt luna in medio menſe. licet do. Cal. aliter interpretetur illū locum Iuuena. non ſatis vere anchora. i. nauis:inſtrumentum nauis pro ipſa naui poſuit. Pacta ꝑmiſſa a te. Noſtris threicijs: vbi ego habito. Luna ecce iuſta cauſa querele. Quater la. Quartum menſem exactum ſignificat. Recre. iterum creuit ⁊ plena facta eſt. Nec. ve. i. nec promiſſum tuum perficit: q: nauis tua non venit ad nos. Sythonis: hec eſt vera lectio ⁊ nō ſynthonis:nā nuſq͂ legere memini quod ſythonis fluuius ſit thracie. Preterea non per flu. erat venturus ſed ꝑ mare. Sython vero mons thracie eſt. vnde ⁊ mar. Sythonis niues dixit. hoc autem loco Sythonis no. ege. ca. ſed no. habens formam patronymici fe. ſicut pernaſis pernaſidos. nouimus autem nomine vnius montis vel fluuij vel loci totam regionem intelligi pleriq͂: ergo vnda ſythonis pro ſythonia. i. thracenſis. i. mare noſtrū thracium. Non ve. na. act. i. tuas. athenieſis eñ actica regio etiam acte dicta eſt. vel ꝙ vt Stra. ſcri. illa pars maxime a mare eſt extenta ⁊ anguſta nam acte grece littus dicitur. vel certe dicta eſt ab acteone. Que eñ. a. ſunt amātes diligentiſſimi calculatores temporis. Querela: lamentatio de tua abſentia ⁊ mora: ante ſuam diem. i. ante tempus debitum. nam dies feminini generis licet etiam pro ſpatio. xij. vel. xxiiij. horarum interdum accipiatur: tamen ꝓprie ꝑ tempore ponitur. Lu. longa dies: igitur quid contulit. i. longum tempus. Spes quo. len. fuit. i. ſicut querela de abſentia tua fuit ſera ⁊ lenta:ita etiam ſpes fuit lenta:quia tarde ſperaui ea nihil euētura que nūc cum damno meo mihi euenerūt. eſt aūt acirologia. i. improprietas ſermonis vel verbi:nam ſpes cū bonorū expectatio ſit ꝑ metu. hic accipitur ſicut apud Vergi. lib. iiij. eneī. Hūc ergo ſi tantū potui ſperare dolorem. ergo ſpes. i. timor ne redires.

Sython.

ABCR.

ASCEN Hoſpita.

Hoſpita demophoon. Argumentū enarrauit prior commentarius. quod ⁊ Seruius recitat ad illud. Si quos aut phyllidis ignes ⁊c. Hoſpita per ſuperabundātiam dicitur. nam hic ⁊ hec hoſpes reperitur:verūtamen neutro genere in hoſpita ſata legimus quaſi ab hoſpitus hoſpita hoſpitum. ⁊ eſt hoſpes tam qui recipit ꝙ qui recipitur hoſpitio: hic autem hoſpita que recipit. Videtur autem ſtatim in primo verbo expoſtulare iniuriam ꝙ non niſi in hoſpita ſit eius cuius ſcḋm promiſſa coniux eſſe deberet. ſicut Dido Enei. iiij. Cui me moribundam deſeris hoſpes. hoc ſolum qm̄ nomen de cōiuge reſtat. Queror. i. cōqueror. Cornua cū lune ⁊c. Ordo eſt. Anchora tua eſt pacta. i. pacto tuo ꝑmiſſa (⁊ ita potius paſſiue ꝙ actiue accipietur. Nec eſt tam dura methaphora: q: deponētia oīa cōia fuerūt) noſtris littoribus:vt adeſſet

heroꝛ ſoꝛ noſtris ſcꝫ threicijs ſupple tunc cum coꝛnua lune coiſſent ſimul pleno oꝛbe.i.vt primum plenilunium eſſet:ſed luna latuit quater.ſ.in nouilunio:ꝛ creuit quater toto oꝛbe.i.quater plenilunium rurſus fuit.h o eſt quatuoꝛ ſunt tranſacti menſes:nec vnda ſythonis.i.tracie:hoc eſt mare thꝛacium vehit.i.reuehit:rateſ:id eſt naues acteas:ideſt atthicas ſeu athenienſes.

ANTO. ☞ Spes quoqꝫ len:fu.qm̄ de tuo reditu ſpes fruſtra ē hactenus habita:ſpes em̄ lenta eſt q̄ longa expectatione ſine rerū ſucceſſu ꝯſumit̄:Tarde q̄.q̄ diutius expectata nō veniunt Ledūt: expectantes toꝛquēt Cre.te venturum ſperam⁹. Nocēt q̄ credulitas me maxie ſollicitat:ꝛ ad q̄rendū excitat. Inuita enim et nō libēs queroꝛ:ſꝫ amoꝛ cogit. Spes inq̄t diutius fruſtra habita me ſollicitat ꝛ ad querelam excitat:qđ ſi nō libēs facio amoꝛ tn̄ ꝯpellit Sepe.ſ.m.multa mihi ꝑſuaſi.ꝑ te.tutādo tuos amoꝛes.refer.in patriā reuocare. Theſea de.i.theſeum imp̄cata ſum.nō hoc poeta cōmentus eſt:ſꝫ cū lycomedes ſcyrioꝝ rex clā theſea ꝑemiſſet et diu nihil certi de obitu ferat̄:vt ſcri.plu.id quoqꝫ veſimile eſt philida latuiſſe.

Hebrus. Hebri flu.thꝛacie diſcurrit inter pꝛeātes et dolōgos thꝛacie populos tāgit ꝛ ciconas. Sepe.d. ego dijs ſepius p̄ces habui:vt tu ſce.va.vt te perfide hoſpitarent̄.adſunt duo carmina:q̄ in hūc locuꝫ falſo ꝯtulerūt. Amoꝛ fi.ego q̄ te ſumma fide amo. Quidq̄d ob.pericula oīa q̄ te remoꝛari potuiſſent. At tu len.abes recriminat̄ demophoōta:vt eliciat plenioꝛes ad q̄rēdū locos. Nu.iu. dij quos iureiurādo in teſtimoniuꝫ citaſti Demophoon.ſtomachationē hꝫ hec denominatio Dic.m.q.fe.inſtat rogādo vt ſubgeratur fraude ꝛ amoꝛis cā. Nō ſa.immo dices ꝛ ſcaure h̄ eſt nimium amoꝛi induſi. Cri. amoꝛis ſimplicitatē ꝑ ironiā crimē appellat. De me.cōciliaſſet illa amoꝛis ſimplicitas debuit te mihi cōciliare. Unū ſce.ꝑſiſtit i ironia. Scel.h.qđ te re. Hꝫ pō. et iſtar. debuiſſet magni muneris momētū et ſilitudines hr̄e. Iura fi. fides tot iuramētis firmata poſt ironiā pati e ſecunt̄ iterrogatiuncule. Deus. cupido.

UBER. ☞ Fuit len.i ſera:quia ſi citius timuiſſem potui nō decipi. Tar.c.ſenſus eſt:ego credo nūc.ea q̄ nocent mihi:q: ſe o credidi.ſ.nūqꝫ reuerſurus. Cre. pluralis numerus ꝑ ſingulari: ea q̄ credita tarde ledūt me:ꝛ nocēt me amāte inuita.i.mihi amanti inuite:ꝛ erit caſus ꝑ caſu poſitus:vt apud Iuucn̄. Poꝛrectura viro miſcet ſiticti rubetā. vel ſubaudi nocet mihi Me inui.i.cū nō poſſim reſiſtere aut ꝑuidere. Fui mē.pꝛo te.i.tui cā ſepe multis mentita ſuꝫ te breui reuerſuꝝ. ꝑu. credidi ꝑ.ꝑpetuoſos ꝛ violētos. Eſt em̄ vt dicit Ser. ꝑcella vis ventoꝝ: cū pluuia dicta qđ oīa ꝑcellat.i.concutiat. Notos ſpeciē ꝑ gn̄e poſuit. i. notos vētos meridionales q̄ ꝛ auſtri dicunt̄ ꝑ oib⁹ vētis aut q: ex athenis in

Spes quoqꝫ lenta fuit: tarde que credita ledunt.

Credimus:inuita nunc ꝛ amante nocent.

Sepe fui mendax pꝛo te: mihi ſepe putaui

Alba pꝛocelloſos vela referre notos.

Theſea deuoui:quia te dimittere nollet.

Nec tenuit curſus foꝛſitan ille tuos.

Interdum timui ne dum vada tendis ad hebri.

Merſa foꝛet cana naufraga puppis aqua.

al's deis.

Sepe deos ſupplex:vt tu ſcelerate valeres.

Ipſa mihi dixi:ſi valet ipſe venit

Deniqꝫ fidus amoꝛ q̄dq̄d pꝛoperātibus obſtat.

Finxit.et ad cauſas ingenioſa fui.

At tu lentus abes:nec te iurata reducunt

Numina:nec noſtro motus amoꝛe redis

Demophoon ventis: ꝛ verba: ꝛ vela dediſti.

Uela queroꝛ reditu verba carere fide.

Dic mihi quid feci: niſi non ſapienter amaui

Crimine te potui demeruiſſe meo

Unum in me ſcelus eſt:qꝫ te ſcelerate recepi

Sed ſcelus hoc meriti pondus ꝛ inſtar habet

Iura fides vbi nunc commiſſaqꝫ dextera dextre

Quiqꝫ erat in falſo plurimus oꝛe deus.

thꝛaciā nauigātib⁹ noti ſint maxime apti. Re.repoꝛtare:ꝛ mihi tāqꝫ debita reducere. Uela al.nō aliā ob cauſam dixit:alba niſi q: vt plurimū alba fiūt. De.execrata ſuꝫ:ꝛ maledixi. Nā deuouere eſt malis votis ꝛ iprecationib⁹ aliquē deteſtari. Oui.lib.ill̄.e.q.d.m.i.ib. Theſea.patrē tuū tanqꝫ tue moꝛe: abſentie cām. Te.impediuit. Tuos cur tuū iter tuā nauigationē.vt Uerg. Huc.e.f. interdū alia ſuſpitio de eius moꝛa ne foꝛtaſſe periculatus eſſet in aquis ꝛ merſus. Ad va.ad aquas. Hebri.flu.thꝛacie. Puppis.i.nauis.pars pꝛo toto ſynedoche. Nau.periclitata paſſa naufragiū. Foꝛet fuiſſet. Cana alba ꝑpter ſpumā q̄ fit cū aqua vētis maxime mouet̄. Sepe de.ſupplex ſi legim⁹ deos ſubaudiēdū eſt rogāi:ſed meli⁹ legit̄ deis.ꝛ ita oꝛdinat̄.ego ſupplex deis vt tu valeres ipſa di.mi.cu te amoꝛ finxit oēs cauſas poſſe te impedire que impedire ſolēt oēs paratos ꝛ iam accinctos ad aliqđ iter. Quid ob.p.i.oē qđ impedit paratos ad aliqđ iter. Ad cau.ad accuſationes tue moꝛe. At.t.len.a. Adducit ei phyl.iuſiurāda q̄bus ille ſe ei aſtrinxerat vt eū moueat ad reditū iura.a.t.n.paſſiue ſignificationis. non.a.vel meo erga te vel tuo erga me dare:vel a vētis eſt verba in vanū fundere. Uergi.ſed ante oīa diſcerpūt. Dic.m.ne videatur ſua culpa eſſe relicta a demo. Quid.f.quid peccaui.vnde:ſatius.niſi non amaui ſapienter:q: nimis cito ꝑperaui ad amoꝛē tuū qđ nō eſt ſapiētis ergo in hoc ſolo peccaui:ſed hoc meū crimē habet pōdus.i.monumentū ꝛ valoꝛē ꝛ in ſimilitudinē.i.debet tibi eſſe loco meriti ꝛ maximi beneficij. Cri.te potui.ſenſus eſt.meum crimē potuit te vehemēter obligaſſe. Deme.i.valde meruiſſe.nā de hoc loco auget. ¶ Iu.fi.cōmemoꝛat iuſiurāda ipſius demo.dicēs. Iura fides.ſunt qui iungūt ꝛ exponūt. Iura.i.iurata.ſed meli⁹ dicemus diſtinguēdo. Iura vbi ſunt:vbi fides ꝛc.ꝛ intelligimus iura.ſ.cōiugij q̄ inuiolabilr̄ ſunt ſeruāda:ſic hyſiphile ad Iaſonē. Heu vbi pacta fides vbi cōnubialia iura. Fides a fio d̄r:qđ fiat qđ dictū eſt.eſt dictoꝝ cōuētoꝛūqꝫ executio. Cō.cōiūcta.dextre eſt cōiūctio



ad fidei confirmationē fiebat.erat em̄ vt Ser.dicit fidei dicata:ſicut genua mīe. De.qui.e.i.dei qui erant plurimi.inno.ſ.fallaci. Hym.deus quē in nuptijs greci inuocabant:ſicut Ro.talaſſionem.

¶ Spes quoqꝫ ꝛc. Oꝛdo eſt. Spes fuit quoqꝫ.i.etiā:lēta.i.tarda.nō potuit cito induci ad tantā ſpē de te concupiendam ad quam inducta grauius ledoꝛ:q: que tarde ſunt credita ledūt:ſcꝫ grauius:nos aūt credimus ꝛ ſup. credita nocēt me exiſtēte inuita.i.que credo inuita ꝛ amante.i.qui cogoꝛ etiā amare nō redamantē. Notos.i.vētos illos ꝑcelloſos.i.multas pꝛocellas excitare ſolitos. Ego deuoui theſea.ſ.patrē tuū.i.eum increpationibus deſtinaui voui ꝛ vota feci dijs vt moꝛiat̄.hoc em̄ ꝓpꝛie eſt deuouere quēuis aut a ſe aut ab alio ob alterius ſalutem moꝛte addici:vt patet de dijs romanis ductoꝛib⁹ patri ꝛ filio qui ſe deuouēdo rempu.pꝛotexerūt. Uada hebri:qui rapidius eſt:vt pꝛimo eneid. Uolucreqꝫ fuga pꝛeuertit̄ hebꝛuꝫ. Sepe deos ſupplex deeſt oꝛaui aut timui pꝛo te:hoc eſt vt tu o ſcelerate valeres. Nā ipſa.i.ego dixi mihi.i.in animo meo:ſi valet ipſe venit. Numina.iurata.i.a iurante in teſtimoniū accita. Demophoō vētis ꝛ verba ꝛ vela dediſti:q: verba dantur ventis dum irrita fiunt. ¶ Demeruiſſe te.i.bn̄ meruiſſe de te.nā qđ in me crimē cōmiſi.in te beneficij fuit:peccaui ego te ip̄zudēter amando:ſed in me:non in te. Dido dicit. Si bene quid de te merui. Quintilianus etiā hoc modo:vt demererer amantiſſimos mei. ¶ Pōdus ꝛ inſtar.i.inſtantiā ꝛ in vim aut imaginē ꝛ foꝛmā ſeu ſtatum meriti.

ASCEN — Deuouco

Pꝛomiſſus ſocios vbi nunc hymeneus in annos:

Qui mihi coniugij ſponſoꝛ ꝛ obſes erat.

Per mare:quod totum ventis agitatur ꝛ vndis

Per quod ſepe ieras:per quod iturus eras:

Perqꝫ tuum mihi iuraſti:niſi fictus ꝛ ille eſt:

Conſita qui ventis equoꝛa mulcet auum:

Per venerem:nimiumqꝫ mihi facientia tela:

Altera tela arcus:altera tela faces:

Um greci ad troianam obſidionē maturarent finitimaq; popularent: oppida achilles vtrāq; ciliciā ⁊ thebaicaꝫ et lyrneſiam inuaſit. Thebaicam tetion Andromaches pater lyrneſiam minetes regebat his trucidatis ex thebe aſtiomonem chryſei: ex lyrneſo Hyppodamiā Bryſei filiā expugnatis oppidis abducit ꝙꝓ Euſtathius ex pede ſo hippodamiam abreptā tradit. Agamēnon grecorum imperator ex omni preda ſibi delegit Aſtimonē. Achilli neſtore ⁊ idomeneo pricipe prede auctoribus: hippodamia ſorte obtigit. interea cryſes apollinis ſminthei ſacerdos in tēplo qd̄ erat in chryſco multis oblatis mũerib⁹ repetit. Minabũdus a ſe ſenē abigit agamēnō apollo ſui ātiſtitis cōtumelia ꝑcitus nouē dieb⁹ vt Home. ſcribit ⁊ iumēta ⁊ hoīes ſagitt[is] ꝯfodit. Cadebat hac peſte quotidie miſerāda multitudo Palladis monitu vocata cōtione Achilles de placanda deoꝝ ira deliberat. Chalchas Teſtoris fili⁹: q̃ cũ mopſo de vaticinio errauit: niſi Aſtimone pr̄i redderet: placari appollinē nō poſſe in mediũ ꝓtulit: acclamātibus vniuerſis Agamēnon per vlyſſem ad patrē puellā remittit. achilli vero quē reddente aſtimones auctorē credebat apparitoribus Talthibio ⁊ Euribate miſſis Hippodamiaꝫ abſtulit. achilles indignatus pugna abſtinet: quotidie Greci ſuperantur. Id eñ in gratiā Tetidis fecerat Iupiter: vt achillis virtus cognoſceret: cōſultante Neſtore Mittit agamēnon ad placādum achillem Phenicē: aiacē: ⁊ vlyſſem: ⁊ ꝗuis dona ingētia: ⁊ Bryſeida vltro obtuleriſt: nō tñ recōciliari potuit: donec patroclũ trucidaſſet Hector: qd̄ cōditionē nō ſuſceperit Hippodamia: hac epiſtola qrit: q̃ tota ē ex Home. ilia q̄rimonias nō hʒ acres: ſʒ apparata orone q̄les captiuā decēt ꝯmunitas. ANTO. argumentum. Aſtimone Chryſeis.

Quā legis a rapta: prima cōmiſeratio ē a fortuna Hippodamia bis rapta ē. pmũ ex Lyrneſo: vt dixim⁹ ab achille: deinde ab agamēnone ꝑ ꝓcones Bryſeide. Hippodamia Bryſei filia ſacerdotis Chryſe frater fuit Bryſeus. Manu barba. Cilicis puelle: q̃ cũ ſit barbara grecas literas nō recte nouerit purgat ſe ne aut ſcripto aut ſermone inepta videret Quaſcũq; literas quidq̄d in epiſtola deletũ eſt: cōmiſeratio a ſignis. Lacrime: que mihi fluunt perēnes. Pondera vocis: elocutionis vim. licet literas legere non poſſis. Si mihi fas eſt iure ſeruitũ nulla dabat querela. nā ſumma grecis erat in ſeruos poteſtas. vt lib. de legi. ſcri. Pla ſeruũ qui trucidaſſet quanti illum emiſſet mulcta erat: honeſte orationem premunit. Hippodamia. Bryſeis.

Uam legis. Regio que troia eſt appellata: in nouē principatus diuiſa ſub priamo tota fuit tp̄e belli troiani: vt auctor eſt Stra. Cũ igit Ilieſes nō modo per eos q̃ erant in vrbe: verumetiā per oēs ſibi ſubditos populos bellũ initio aduerſus grecos gererēt achilles ⁊ eius ſocij vrbiũ debellatores loca ilio circũuicina ſunt aggreſſi: euertũtq; multas inter quas vaſtata ſunt precipue q̃ leſbo erant oppoſita: vt theba vrbs Etionis patris andromaches q̃ ⁊ ſingulariter ⁊ pluraliter ꝓfertur: ⁊ pedaſus que euripili filij thelephi regio erat: ⁊ lyrneſos q̃ ſubiecta erat Myneti ex lyrneſco accepit achilles puellā Bryſe filiam: que Hypodamia noīe ꝓprio dicebat: ⁊ hanc ſibi habere ſtatuit. Cryſe vero appollinis ſacerdotis filiam noīe aſtimonē quā poete ſicut ſuperiorē a noīe patris Cryſeida appellauerunt agamēnō habere voluit. Uerũ cũ precibus ſacerdotis Cryſe qui ſepe filiā ſuā ſibi reſtitui ab agamēnone fruſtra petiuerat apollo peſtē maximam in exercitũ grecorũ immiſiſſet: intelligeretq; agamēnon ex calcante vate peſtē nō ceſſaturā: niſi reſtitueret ſacerdoti apollinis filiā: coactus eſt cōem vtilitatē libidini ſue preferre. Reſtituta igit Cryſeide miſit poſtea agamennon ad achillē: qui Bryſeida ab eo ad ſe ducerent: quāquidem achilles minime recuſauit tradere. Sed tanta ira ꝓpter Bryſeidam a ſe obductam incenſus eſt: vt ⁊ agamennonem contumelijs coram afficeret ⁊ eum interficere voluerit: niſi pallas prohibuiſſet: ⁊ deniq; pugnare deſiſteret: hanc iram achillis opem grecis negantis cum videret agamennon ſibi ⁊ ſuis pernitioſam ſtatuit eum placare ⁊ reſtituere Bryſeida multa munera illi inſuper addē verum achilles et Bryſeida et munera recuſabat. Quare Bryſeis ad eum hanc ſcribit epiſtolam in qua conqueritur de eius nimia ira: et rogat vt eam ab agamennone oblatam recipiat: cũ etiam ſi agamennon non offerret: eam ipſe repetere deberet: commemoratq; multas cauſas quibus oſtendit achil. moueri deberet: vt et eam recipiat: et tandem arma ad pugnandum capiat: oratq; eum: vt ſiue ſit remanſurus in caſtris ſiue diſceſſurus in patriam eam ſecum ducat. que amiſſo marito et fratribus: et patria ſua euerſa nullum aliud habet profugium: niſi ſolum achillem Litera: ideſt epiſtola ita enim licet poetis vti numero ſingulari: cum in proſa pro epiſtola vtamur tantum plurali numero. a Bryſeide. ideſt ab hyppodamia filia (vt ſupra dixi) patro UBER.

nymicum a patre: vt oſtendit Dictis cretenſis in hyſtoria Troiana. Rapta ſcilicet olim a te ex lyrneſo. Vix bene notata greca: ideſt vix literis grecis ſcripta. Manu barbarica: ideſt mei bryſeidis barbare. Quaſcunq; ad commouendum animum achillis. dicit ipſam epiſtolam non alia re ꝙ lacrimis eſſe oblitam et fedatam. Lituras maculas a linendo dictas. Hec lacrime: quibus fedatam aſpicies habent epiſtolam meam. Habent pondera vocis: ideſt habent effectum vocis: ideſt debent ſignificare animum meū quaſi verbis exprimerem. Si mihi: iam quaſi licentiam querele ſibi eſſe dicit domino: quia iure belli ſum captiua ⁊ ſerua tua. Viro: quia me ſemel vxorem habere decreuiſti. Fas eſt: ideſt licet mortem.

ASCEN. Uam legis a rapta. Argumentum quod iliadis primo continetur expreſſum eſt ſuperiori commentario: ſcribit hanc epiſtolam bryſeis: ideſt briſei filia hyppodamia nomine: quod nomen interpretatur quaſi domitrix equorum. Litera. ideſt epiſtola. extra carmen litere dicuntur. litera greca notata. ideſt deſcripta manu barbarica: quia non greca: ſed ex lyrneſo eſt a ut pedaſo.

ANTO. Nō ego poſcēti prima q̄rela: nō ꝙ ſim tradita ſed ꝙ citius q̄ par erat. Non eſt cul. tua ſed totius exercitus: pro cuius ſalute data ſum. Quāuis hec quoq;: quoniam cunctareris id fieri potuit. Nam ſi eury. ecce facilitatē Talthibiꝰ: ⁊ Euribates agamennonis miniſtri q̄bus achilles p patroclum: vt Homerus ſcribit Hippodamiam tradidit abigendā: ipſe in littore cum matre q̄ſtus eſt. Alter in al. iuſtā facit q̄relā ex alioꝝ ſentētia. Talthibiꝰ euribateſq; tam facile tradendā ab achille hyppodamiā admirabant. Iactātes lu. ſe mutuo reſpicientes cū admiratiōe. Differri po. tardius tradi ſi oino retineri non potuiſſem. [illegible] meo dolori At lacrimas pathos ab habitu [illegible]. Sepe ego decepto energia vtitur. nā ſuas [illegible]ationes exponit: vt ante oculos poneret vide[illegible] achillis negligētiā oſ̄dat. Sꝫ data ſum agam[illegible]oni. Q: dan. fui p cōi gre. ſalute: abſoluit achillem a neceſſitate: deinde recurrit in aliū: vnde culpa in illum reijciat. Ceſſas: in amore lētus es. Lenta: q̄ vltionem differt. Menetiades. Patroclus menetij filꝰ tradidit pconibus hyppodamiā. Non repetiſſe parū eſt: in patroclo perfidiam in achille ignauiā notat I nunc ironia eſt: mollis amātis ſolertiſſimi tibi nomen vendicare. Venerūt ad te amplificatione vtit. Thelamone: aiax Thelamonis filius phenix amyntoris et vlyſſes laerte legati mittuntur ad achil vt cū agamennone recōciliarent: cū multa apud illū deſeruiſſent enarratis muneribus que agamennō cū hyppodamia pollicebat: re infecta redicre. Ille aiax: gradu ſanguinis. Nam pelei frater erat thelamon aiacis pr̄. Ille comes ⁊ ormenꝰ cercaphi filꝰ duos habuit natos: amitorē ⁊ Euemonē: ex Amyntore phenix naſcit: q̄ cū concubuiſſet cum patris amica poſt multas parētis īprecationes ab Helyade: vt ipe apud Ho. differit ad peleū fugit: quē filio achil. comitem ⁊ morū ⁊ rerum gerendarū inſtitutorē dedit. Grandia dona. Agamennon. apud Homer. libro. ix. Hec dona Achili pollicetur. vij. nouos tripodes. xx. lebetes rutilo fulgore radiantes. x. auri talenta: equos. xij. pernicīſſimos preterea. vij. puellas leſbias forma inſignes quas ſibi ex omni preda delegerat: cū leſbō Achilles euertiſſet: ⁊ cum his Bryſeidam intactā: et poſt captam troiam auri tantum vt nauim impleret ⁊ puellas viginti. Helena nō inferiores: ⁊ ſi nuptias cupiat quam vellet ex tribus filiam vxorem cryſeſteni iſſanaſa ⁊ laodice.

ABER. Non ego. ecce prima querela ⁊ inculta incuſatio: licet videatur eū excuſare. Ordo eſt: nō eſt tua culpa ꝙ ego ſum tradita cito. Regi Agamēnoni. Poſcenti: poſtulanti me: vt ei traderer. Quamuis

Non ego poſcenti ꝙ ſum cito tradita regi:
Culpa tua eſt: quāuis hec quoq; culpa tua eſt
Nam ſimal eurybates me talthibiuſq; vocarunt.
Eurybati data ſum talthybioq; comes.
Alter in alterius iactantes lumina vultum
Querebant taciti noſter vbi eſſet amor.
Differri potui: pene mora grata fuiſſet.
Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi.
At lacrimas ſine fine dedi: rupiq; capillos.
Infelix iterum ſum mihi viſa rapi.
Sepe ego decepto volui cuſtode reuerti:
Sed me qui timidam prenderet hoſtis erat.
Si progreſſa forem caperer ne nocte timebam
Quamlibet ad priami munus itura nurum
Sed data ſum: quia danda fui: tot noctibus abſum
Nec repetor ceſſas: iraq; lenta tua eſt.
Ipſe menetiades tunc cum tradebar in aure
Quid fles: hic paruo tempore dixit eris.
Non repetiſſe parum eſt pugnas ne reddar achille
I nunc ⁊ cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te thelamone ⁊ amyntore nati
Ille gradu propior ſanguinis ille comes
Laerteq; ſatus per quos comitata redirem
al's blanda al's prece
Auxerunt blandas grandia dona preces.

quia viſa erat excuſare: ideo aperte accuſat non in eo, ꝙ tradiderit: quia non potuiſſet contradicere: ſed in eo ꝙ cito tradidit: et hoc eſt quod dicit. Differri potui. nam ſimul oſtendit quomodo cito eam tradidit. Simul. poſtq̄ Euribates et talthibius precones fuerunt: quos Agamennon ad achillem miſit: vt ab eo ad ſe Bryſeida adducerent: vocarunt me vt traderer Agamennoni. Data ſunt eo. vt cum eis irem ad Agamennonem. Alter in alterius. ordo. Eurybates et talthibius iactantes lumina. alter in vultum alterius prolepſis implicita. Querebant ⁊c. ideſt aſpicientes ſe viciſſim nihil dicebant: ſed admirantes ꝙ tam cito eſſem a te tradita: inter ſe nutu querebant vbi eſſet noſter amor: quaſi dicat: videbant eſſe nullam quia ſi me vere amaſſes: non tradidiſſes



ſes tanto cito. Mora: dilatio tpis: quo fuiſſem apud te. Pene. ſ. mee. Hei mihi nulla dedi: pp̄ter breue ſpacium diſcedēdi. Sine fine: aſſiduas ⁊ infinitas. Rupi: laniaui. Iterū ſecūdo. i. ita dolui diſcedēs a te: ſicut cū fui rapta patria mea. Sepe ego: occurrit obiectionibꝰ. Hoſtis per hoſtes. i. troiani. Progreſſa pcul egreſſa e tentorijs agamēnonis. Munus ſerua dono data. Quālibet: q̄uis etiā indignā: que me acciperet munus. Sed data hypophora: et perſona ei ſua dicit: qd̄ achilles poſſet opponere: q: fuit data: q: fuit neceſſe vt daretur. Tot noctibus reſpōſio ad hāc obiectionē: quaſi dicat: qd̄ dederis nō penitus culpo: ſed quū nō repetas: ⁊ diutius permanes in ira. Ipſe Menetiades. i. patroclus tibi cōiunctiſſimus. In aure ſubmiſſa voce. Quid fles patrocli verba ad bryſeida. Hic: apud achillē. Non repetiſſe parū eſt: ſecus nō ſufficit tibi ꝙ non repetiuiſti me ſed etiam reſiſtis ⁊ oībus iuribꝰ conaris: ne tibi reddar. I nūc: miſſio cupidi amantis qui omni via querit habere amicam ſuā cū tu eā recuſes. Venerunt: probat ꝙ eā recuſet: q: cū miſiſſet Agamēnon ad achillē magne autoritatis viros qui ſuaderent: vt Bryſeida reciperet: ⁊ multa munera ſimul: nō potuerūt tn̄ ei perſuadere. Natus thelamone pro ex thela. intelligit aiacem. Natus amyntore. i. phenix. Ille aiax proprio gradu ſanguinis: q: eſt patruelis. Laertius: q: thelamon fuit frater pelei patris achilli. Ille comes. ſ. phenix: qui achil. ⁊ comes ⁊ monitor fuit. Laerteq; ſatus. i. vlyſſes. Satus genitus: vt ſole ſatus phaeton. Laerte: pro ex. laerte: deeſt prepoſitio. Redirē ad te. Auxerūt: quidā legunt blandas preces. Sed placet melius vt legatur: auxerunt blādia granda dona prece: vt ſit ſenſus. iſti addiderunt muneribus tibi oblatis blandā precē. enumerat autē ipſa munera. ſ. viginti fuluos lebetes. i. viginti vaſa ex ere operoſo. i. magno ⁊ artificio fabricata. Eſt aūt lebes vas eneū interdū coquinariū: ſed vt dicat Ser. apud Homerū: vbi ſcribit lebetes miſſos eſſe Achilli iliados lib. j. accipitur pro vaſe in quo aqua cadit dum manus abluuntur: in quo ſignificato accipitur etiam hoc in loco. ASCEN.

Nō ego ꝙ ſum tradita ⁊c. Culpa (inq̄t) tua eſt ⁊ tua nō eſt. Nō eīn eſt culpa tua ꝙ ſum tradita: q: regi ⁊ principi exercitus parendum eſt: ſed ꝙ ſum tradita eā cito. Alter in alteriꝰ. Ipſi iactantes lumina. i. oculos: alter in vultū alterius. Querebāt taciti. i. in animo ſuo mirantes ꝙ nō reſiſteres vbi eſſet noſter amor. Quālibet: itura nurus. i. pro munere aut vt fierē munus ad quālibet nurū priami: q: plurimas ille nurus habuiſſe legitur enei. ij. Pugnas ne reddar achille duplex ſenſꝰ eſt alter ꝙ pollicitꝰ erat ſe nō pugnaturū donec redderet: ⁊ reuera ꝯſtat ex Homero: q: pugnare recuſauit: ſꝫ nō ꝙ id amice pollicitꝰ ſit vn̄ ipſa ex ſuſpitione dicit ipſum nūc pugnare cōtra troianos q̄ vno facit ne reddat. Alter ſenſus eſt. o achille (eſt eīn vetās) tu pugnas. i. certas ⁊ contēdis ꝯtra eos q̄ me cū multis muneribꝰ tibi offerūt: ne reddar: ⁊ hic ſenſus eſt cōformis ſequētibꝰ. Venerunt ad te ⁊c. Hec ex homero collecta ſunt q̄ ſcribit aiacē: phenicē: ⁊ vlyſſem: ad achillē pugnare nolentē cum multis muneribus miſſos. Ille ſcilicet aiax thelamonis filius ⁊ frater pellei. Qui erat pater achillis: ille ſcilicet amyntoris illius phenix nō: nec legat amyntone aut amyntone: ſed amyntore. Auxerūt. Ordo eſt. Preces blāde auxerunt grādia dona ſcꝫ viginti lebetes. i. ollas fuluos. i. fului coloris ex ere. i. illo metalli gn̄e: operoſo. i. fabrefacto ⁊ artificioſe opato. ⁊ ſeptē tripodas. i. tripedes. nā grece tripos latine tripes dr̄ aut ſedes ⁊ aut labes tripes pares pōdere ⁊ arte: qd̄ ad decus ⁊ valorē facit. Addita ſunt illis ⁊c. Nō ergo legendū eſt. Auxerunt blandas ⁊c. q: licꝫ tunc veroſimile eſt qd̄ preces dona augeant ac dona precibꝰ. tn̄ cōtextus cōſeruādus eſt qui imperfectus eſſet ſi legat blādas. Nā ſubaudire oporteret. Attulerūt aut obtulerunt aut ſimile verbum.

Viginti fuluos operoſo ex ere lebetes.
Et tripodas ſeptem pondere ⁊ arte pares
Addita ſunt illis auri bis quinq; talenta
Biſſeni aſſueti vincere ſemper equi
Quodq; ſuperuacuum eſt: forma preſtante puelle
Leſbides: euerſa corpora capta domo
Cumq; tot his: ſed non eſt opus tibi coniuge coniux
Ex agamennonijs vna puella tribus.
al's te.
Si tibi ab atrida pretio redimenda fuiſſem.
Que dare debueras: accipere illa negas
Qua merui culpa fieri tibi vilis achille
Quo leuis a nobis tam cito fugit amor.
An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget
al's ora.
Nec venit inceptis mollior aura meis.
Diruta marte tuo lyrneſia menia vidi
Et fueram patrie pars ego magna mee.

Operoſo. magna opera et labore fabrefacto. Talēta. i. talētū magnū athenienſe eſt pōdo. lxxij vt mar ſcribit paruū pō. lx. Biſſeni non biſſeptes legat. xij. eū equos pollicitus tradit agamennō. Vincere aſſueti. id ex Home. eſt carmen qui tradit xij. hos equos ſemp palmas ex certaminibus reportaſſe: nec fore pauperē: q̄ ea bona poſſideret: q̄ illi fuerāt ex victorijs adepti. Captiua corpora q̄ captiue ſunt. Euerſa domo: poſtq̄ tu leſbō euertiſti. Non eſt opus vel q: deidamiam habebat: vel ſi me repetas Agamēnonis. Sene. quartā adijcit nomine cleopatrā. Siti. ab atrida locus eſt ab eo qd̄ nō idē ab eiſdē ſemper eligit. ſed vt Ari. tradit oppoſitum prius aut poſterius vt illud eſt in exſilio reduces fieri pugnabamus. Reduces pro ſponte exſiliū petimus. redemiſſes inquit me grādi pecunia nūc cū agamennō ⁊ me et munera vltro offerat tu negas recipere. An miſeros triſtis fortuna: cōmiſeratio eſt a calamitatis cōmemoratione. ⁊ ex Home. ſumptū eſt apud quē Bryſeis queritur. Mollior aura: metaphora a nauigantibus in pcellis. Lyrneſia. Lyrneſum cilicie oppidum achilles expugnauit. Pars ego ma. q̄ṁ parentes ⁊ virum extinctos vidi. Vidi cōſortes: tres fratres trucidauit hippodamie achilles: ex quibus epiſtrophū noiat. Stra. pater bryſes ſuſpēdio vitam finiuit. Virū mineté: quē lyrneſiā ciliciā regere diximus. Per numina ma. aquoſe. per thetidē matrē repetit achil. pollicita: vt pſidiā inſinuet. Capti: ꝙ eſſem apud te captiua. Spem da p cōiugio qd̄ patroclum nō achillē id feciſſe tradit. Dotata: ironia eſt. Opes: agamēnonis munera. Lyrneſum.

ABER. Et tripodas: menſas a tribus pedibus quibus ſuſtentabatur pes pondere et arte: vel eiuſdem ponderis ⁊ eiuſdem artificij: vel quorum ars

Uidi ego conſortes pariter generiſq; neciſq;
Tres cecidiſſe: tribus que mihi mater erat
Uidi quantus erat fuſum tellure cruenta
Pectora iactantem ſanguinolenta virum.
Tot tamen amiſſis te compenſauimus vnum
Tu dominus: tu vir: tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquoſe
Utile dicebas ipſe fuiſſe capi.
Scilicet vt quãuis veniam dotata repellar:
Et mecum fugias que tibi dantur opes.

tũ valet quãtũ põdus ipſius metalli.i.quantũ valebat materia illis. ſ. lebetibus & tripodibus. Taleta. auri & argẽti. Talentũ nomen põderis. Sed vt Ser. ſcri. in. v. eneī. ſm varias gentes variũ eſt. dixitq; apud romanos talentũ eſſe. lxx. libras ſicut plau. oſtẽdit in muſtella. qui ait duo talẽta cẽ. xl. libras fuit etiã talentũ atticũ euboicũ: & egyptiũ atticũ dicunt eſſe magnũ & paruũ: magnũ dicunt habere libras. lxxxiij. & vncias. iiij. & denique valere vj. milia denariorum ro. Talentũ atticũ paruũ. lx. cõtinebat libras. Euboicus non multominus erat attico paruo egyptiũ põdus. lxxx. patere. Var. tradit apud Home. vt teſtat Ser. pro nimio quodam premio accipit. in ludis patrocli. hic vero apud Oui. pro magno põdere accipimus. Aſſueti ſemper vincere ſcʒ certamine & curſu: non dixit eos fuiſſe pulcros: ſʒ veloces. Nã in equis velocitas maxime laudat: vñ Uerg. depingẽs equos ſpecioſiſſimos nõ ſatis putauit dicere. Qui cãdore niues anteirent ſed addidit. Curſibus auras. & Iuuena. Nempe volucrem ſic laudamus equũ facili cui plurima palma Feruet: & exultet rauco victoria circo. Oẽq; ſuperuacuũ: ordo eſt: & pucile leſbides. i. ex leſbo inſula Forma pſtãte. i. excellentis pulcritudinis: ablatiuus pro gtõ ❡ Corpora capta: domo euerſa: ſubaudi ſunt addite ſupradictis muneribus: quod eſt ſuperuacuũ. i. que puelle ſunt tibi ſuperuacue: & nõ neceſſarie. Cum tot his. i. ſupradictis puellis: quas voluerunt tibi nomine agamẽnonis dare. Una puella: vna filia. ❡ Ex tribus agamennonis. i. filiabus ſupple eſt addita: qr agamen. obtulit ei vnam ex filiabus ſuis vxorẽ: ſed nõ eſt opus: hec per parentheſim dicunt. Sed cõiux eſt opus cõiuge: qr habes cõiugẽ me. Sed tibi: ſenſus eſt: tu recuſas accipere illa munera que tu ipſemet debueras dare agamemnoni: ſi noluiſſet reddere me tibi: niſi ei dares pretium. Ab attrida. ab agamẽnone quẽ filiuʒ atrei extiſtimauerũt. Precio pecunia vel alijs muneribus: ❡ Redimenda recuperanda. Qua culpa. quo crimine meo. Fieri vilis. i. ſic a te contemni: vt tanta munera ſpernas ne me recipias. Leuis celer: & eſt epiteton amoris. An miſeros: ſenſus eſt. an cũ fortuna cepit aliquẽ premere inſequitur ipſum aſſidue & vſq; in fineʒ. Triſtis: mala: quia eſt etiam bona. Tenaciter: perſeueranter. Urget: proſequitur. Miſeros: infelices mollior aura: ſi aura erit tranſlatio ſumpta a nauigantibus: quibus poſt tempeſtatem mitior ventus mutatur: ſed codex meus vetuſtus habet ora quod nõ diſplicet. Diruta: incipit cõmemorare miſerias ſuas. Lyrneſia menia vrbẽ lyrneſum quod (vt dixi ſupra) in ora troie contra leſbon erat. Et fueram magna pars patrie: qr nõ eram ex minimis: & amiſi ex meis multos. Sic eneas apud Uergil. Et quorum pars magna fui. Uidi: enumerat quos amiſit de ſuis. ordo eſt: vidi tres conſortes generis & necis cecidiſſe. i. tres fratres meos conſortes generis & necis: quia vt erant coniuncti genere: ita fuerunt coniuncti nece: qr ſimul interfecti ſunt. Tribus que mihi: ordo. Illa que erat mater mihi erat mater illis tribus. ❡ Uidi quãtus erat: ordo. vidi virum. i. maritum meum: ſubaudi tñ quantus erat. i. quantuſcunq; erat. Fuſum. i. ſtratum iacentem. Iactantẽ. mouentem. Sanguinolenta: cruentata tuo gladio tranſfoſſa. Compenſamus te. i. loco ipſorum te computamus. Tot amiſſis: ſcilicet patre fratribus & marito. Tu iuratus: participium ſignificationis actiue: nam apud antiquos iuror: ſicut punior & populor in actiua ſignificatione ponebantur. Matris aquoſe. i. thetidis matris tue nymphe maris filie nerei. Utile ea. qr dicebas q; eſſeʒ in meliori cõditione apud te: q̃ ſi ſtaret patria. & eſſem apud meos. Scilicet certe. ſubaudi vtile eſt: vt hyronice pferendũ eſt. Ut ego repellar. Hec eſt vtilitas: vt ego repellar a te: quãuis tradar tibi cum magna dote quam agamẽnõ mihi facit. Fugias opes mecum. i. & opes que tibi inferuntur & me ſimul.

ASCEN

☞ Quodq;. i. & qd eſt ſupuacuũ: qr fruſtra habẽti cõiugio offert puella: puelle leſbides. i. ex leſbo. pſtante forma ideſt pſtãtis forme: appoſitiue corpora capta. i. q̃ erãt corpora capta domo. ſ. earũ euerſa: quaſi nõ niſi corpus in eis cõmẽdandũ ſit: qd adijcit: ne forte ad illas animũ adieceerit ſupple ſunt addite & cũ his tot. ſ. donis ſupple eſt addita vna puella ex tribus. ſ. puellis: hoc eſt filiabus adhuc virginibus. Agamennonis. i. ab agamẽnone ſatis: ſed o cõiux nõ eſt opus tibi cõiuge: qr cõiugẽ habes i ſcyro deidamiã & me apud troiã. Tu negas accipere illa. ſ. munera q̃ debueras dare: ſi ego fuiſſem redimẽda tibi ab atride. i. ab agamẽnone: q̃ me tibi abſtulit ptio. i. per pretiũ: hoc eſt debebas me redimere pretio: quã reſpuis cum donis multis oblatã. ❡ Uidi: cõſortes. Ordo eſt. Ego vidi tres cõſortes pariter gñis & necis. i. qui ſortiti ſunt idẽ genus & eandẽ necẽ. cecidiſſe. i. lapſos in mortẽ & occubuiſſe: & ea ſupple erat tribus. ſ. illis mater que erat mihi mater: hoc eſt vidi tres fratres meos occiſos capta ciuitate nr̃a. ❡ Uidi virũ. ſ. mineté. ❡ Matris aquoſe. i. thetidis dee maris. Ordo eſt. Ipe. i. tu iuratus. i. iuramẽto aſtrictus (capit enĩ in actiua ſignificatione pro eo q̃ iurauit: ſed ſit vt obligatus ſit & iuramẽto aſtrictus) p numina. i. diuinã ptãtem: matris aquoſe. ſ. thetidis. dicebas vtile fuiſſe. ſ. mihi: capi. i. q; capere. ſ. vocabulum aptũ irriſioni: quaſi diceret: ſcire q̃dẽ licet q; vtile mihi fuerit capi vſq; adeo: vt quãuis veniam dotata repellar. ſ. a te & fugias mecũ. i. ppter me vt fugias: opes que dãtur tibi mecũ. ſ. ab agamẽnone: hoc eſt tantũ abeſt: vt captiuam & indotatã capias: & etiã nũc cum munera p dote acceſſerint repellas.

ANTO.

Quinetiam fama eſt quum craſtina fulſerit hora
Te dare nubiferis linea vela notis.
Quod ſcelus vt pauidas miſere mihi cõtigit aures
Sanguinis atq; animi pectus inane fuit.

☞ Quinetiã fama. Achilles geſta ſua legatis narrat apud Home. Conſtituiſſe ſe quoq; breui in patria abiturũ minatur: quoniam anceps illi imminent factũ: neq; donis anima penſare poſſe: neq; cum ſemel egreſſa reuocari. Notis nubiferis: etiã ſi procelle irruant in patriam nauigare. Quod ſcelus: vt ante troiã captã: & ſine me diſcedas. Ibis: in patriã nauigabis. Uiolente. Uiolentũ appellat qd nõ rationẽ ſequatur: ſed voluntatem. Deſerte:



Ibis: & o miſeram cui me violente relinquis
Quis mihi deſerte mite leuamen erit:
Deuoret ante precor ſubito telluris hiatu
Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer:
Quam ſine me phthijs caneſcant equora remis.
Et videam puppes ire relicta tuas
Si tibi iam redituſq; placent: patrijſq; penates
Non ego ſum claſſi ſarcina magna tue
Uictorem captiua ſequar: non nupta maritum
Eſt mihi que lanas molliat apta magnus
Inter acheiadas longe pulcherrima matres
In thelamos coniux ibit eatq; tuos.
Digna nurus ſocero iouis egineq; nepote
Cuiq; ſenex nereus proſocer eſſe velit
Nos humiles famuleq; tue data penſa trahemus
Et minuent plenos ſtamina noſtra colos
Exagitet ne me tantum tua deprecor vxor
Que mihi neſcio quo non erit equa modo
Neue meo coram ſcindi patiare capillos
Et leniter dicas: hec quoq; noſtra fuit.
Uel patiare licet dum non contenta relinquar:
Hinc mihi ve miſere concutit oſſa metus.

ſi mei deſerueris. Leuamẽ: nulla erit delectatio. Deuoret: ante precor: pathos ab imprecatiõe. idem locus eſt apud Uerg. cũ dicto ad ſororẽ annã loquit in. iiij. eñ. Subito hyatu telluris apertione: qd amphiarao in bello thebano contigiſſe fert. Phthijs achilleis: phthia incertum eſt apud Home. regio ſit an vrbs: alij tradũt phthiã eã eſſe quã greciam dicunt: alij achaiã: vt Stra. placet Phthij fuerunt achillis ſubditi: et eſt alia phthia in phocide. de hac meminit Prolẽ. Ire: in patriã nauigare. Magna ſarcina ſuadet a facili: ſi reditu: vis eos me tecũ facile vehere poteris: nõ enim graue põdus tuis ero nauigijs. inter acheiadas: ab extenuatiõe fortune: pathos ẽt: & acheidas legas: nõ achaidas: vt alij putauerunt erat vt dixi achaia achillis patria Sumas inquit vxorẽ. quãuis ex grecis puellis ego illi ſeruiã. Socero peleo iuppiter ex egina Eſopi filia eacum filiũ genuit: Eacus peleũ phocũ & thelamonem. Peleus ex thetide chyronis filia achilem Proſocer: ſocrus pater: chyronem ſignificat thetidis patrẽ qui in nuptijs filie in peleo monte Nereus eſt vocatus: vt ſeptimius ſcribit Data penſa trahemus: ſeruile opus exercebimus: Nõ erit eq: me vexabit. Neſcio quõ vehemẽtius eſt q; ſi expreſſiſſet: plus enim in ſuſpitione reliquit: hec quoq; noſtra fuit: hanc enim in delicijs ſummis habui. Uel patiare: corrigit deprecationeʒ. Hic meus ne a te deſtituar.

Proſocer

UBER.

☞ Quinetiã: inſuper. preterea. Fama eſt fertur. Te dare p daturũ eſſe: tẽpus pſens pro futuro. Linea vela: legendũ eſt linea: non aũt lintea: ne ſint duo ſubſtãtiua. Quod ſcelus. i. quod factũ ſceleratum: ſcʒ q; cras ſis diſceſſurus. Ut. i. poſtq; cõtigit aures. i. auditũ eſt a me. Pectus fuit inane. i. vacuum. Sãguinis atq; animi. i. fugit ſanguis & animus: ex nimio enĩ dolore ſiue metu ita deficiunt hoies: vt videant mortui & ſanguis dicit fugere. nõ qr deſcẽdit a corpore: ſʒ q; fugiat ad cor. Cui relinquis me: interrogatiue legendũ eſt: quaſi diceret nõ iã relinqs me patri aut marito: aut fratribus quos oẽs interfeciſti. Quis: quaſi diceret nullus. Mite: molle: & ſuaue. Leuamen. ſolatiũ recreatio meorũ malorum. Deuoret. abſorbeat. Ante. i. potius Hiatu: apertiõe. rutilo: rubro. Quã ſi. me phthijs caneſcant. i. ſpumeſcãt & nauigẽtur. ſpuma enim cana eſt. Remis phthijs. i. achileis. Phthia enim vrbs eſt theſſalie: a qua achil. interdum dicitur phthius. interdum a larīſſa lariſſeus propter vicinitatem. ſicut Dido: interdum Tyria: interdum Sidonia dicitur. Et videam. ſubaudi et anteq; ego relicta videam &c. Si tibi occurrit obiectioni: quia poſſet dicere achilles q; vult redire domum: dicit ipſa q; facile poteſt eam ducere ſecum: quia non erit onéroſa naui. Penates hic pro domo ponuntur. Sarcina: onus: impedimentum captiua. ideſt vt captiua: & ſerua. Non nupta: non vt vxor. Eſt mihi quaſi diceret: ero etiam vtilis tibi in aliquo onere. Inter acheidas: male quidam legunt. Inter. et achaidas: quia ratio carminis nullo pacto patitur. Nam prima naturaliter breuis eſt. ſecunda vero longa: remouendum eſt igitur. & legendumq; inter achaidas: vtiq; precedit ſit vocalis. Matres: mulieres. vt Uergilius. vj. matres atq; viri. Longe: valde. Coniux. ſ. alia: quã tu volueris preter me. Eatq;: quaſi diceret nihil curabo: dũmodo me tecum ducas. Digna nurus. ſ. cõiux tua nurus digna ſocero. ideſt parte tuo peleo nepote Iouis & Aegine. nam vt ſupra diximus peleus pater achillis ex Eaco natus eſt. Eacus ex Ioue et aegina filia aſopi: ergo peleus erit nepos Iouis & Aegine. Cui coniugi tue. Nereus deus maris auus tuus maternus. Uelit. i. non dedignetur Proſocer: ſicut proauus dicitur qui eſt ante auum: ita proſocer qui eſt ante ſocerum vel ſocrum. Socrus igitur vxoris achillis eſt Thethis: proſocer vero nereus pater Thetidis. Humiles abiecte viles. Eſt autẽ ſingularis numerus pro plurali. Trahemus: ex colo deducemus. Penſa. a pendẽdo dicta. Dabãtur enim lane ad pondus inde ancilla que huic officio preerat: libraria dicebatur. Iuue. Perũt libraria. Stamina: fila que nebimus. Minuent: euacuabunt. Tantum deprecor: hoc vnum precibus te peto. Exagitet: vexet male tractet. Non erit equa liptote. i. erit iniqua. Neſcio quomodo. q. d. plus nimio & vltra q; debeat. Neue meos: ſubaudi deprecor coraʒ. ſ. te. Scindi: lacerari ab vxore tua. Leniter: ſine turbatione & ira. ❡ Hec briſeis: quã ita vis verberare. Quoq;: ſicut tu. hec autem oĩa dicta ſunt ad cõmouendum animum achillis. Uel ideſt etiam. Licet permitto tibi: & vt ita dicam contenta ſum. Dum. i. dũmodo. Contemta. neglecta a te. Hic metus: ſcilicet ne relinquar a te. Concutit tremefacit. Ue. interiectio eſt dolentis: vt Mantua. ve Miſere.

☞ Quinetiam &c. minatus enĩ id erat: vt patet apud Home. Cui me volente relinquis. ſic dido. Cui me moribundã deſeris hoſpes: Uiolentũ aũt atteſtatur Home. Aũ Hora. in arte. Scriptor honoratum ſi forte reponis

ASCEN

achillem. Impiger iracūdus: inexorabilis: acer. Iura neget ſibi nata nihil nō arroget armis deuorer ante pre cor: ſic dido. Sic mihi vel tellus optē prius hima dehiſcat. Uel pr̄ oīpotens adiget me fulmine ad vmbras ⁊c.

ANTO.

☞ Quid tamē expectas, obſtinationē in Achille querit. Agamēnon (inquit) iram depoſuit: tu adhuc in tua obſtinatus duras. ¶ Grecia meſta: grecoꝝ exercitus qui marimā cladem patit. Impiger hector: ad ꝯcitādā inuidiā hoſtē obiecit. Eaci. achillem eaci nepotē exprimit. Uiros troanos. Turbatos faciles ad fugā. idem apud Uerg. ſubmerſaſq; obrue puppes. Propter me mota eſt. enthimema nō eſt: ſed vr̄ ex eo loco: que ꝫ diuerſa ſunt coniungere vr̄ veluti locus ex ſe iunctione: vt eſt in oreſte Theodoti cum dicit iuſtum eſſe eā que maritū occidit interemi ⁊ filiū patrē vlciſci par videri. Triſtitie iracūdie. iuſtum (inquit) eſt ꝙ que excitauit iracundiā tibi: eadē imponat finē: idq; exēplo firmat Meleagri ⁊ Cleopatre cōiugis: qui locus ex Ho. eſt cum phenix vt ab ira diſcedat achil. pſuadet. Oenides. Meleager oenei fili⁹. Uerſus in ar. bellū cōtra curetas. Cōiugis Cleopatre que idei ex Marpiſſa filia fuit. Ideus cū apolline ob marpiſſam arcu certauit. Marpiſſa poſtea alcinoe cognomiata eſt: qm̄ mr̄ domi deflens ſortita ē miſerabile Alcinoes fatum. Parēs althea teſtij filia et Meleagri mater. Orba fratri toxeū ⁊ peuliꝑippū intelligit quos alij ꝓthū ⁊ cometā appellant: hos meleager iteremit cū apri caput athalāte ſurripere voluiſſent. vn̄ exortū eſt bellū īter etholos ⁊ curetes: dū meleager pugnauit ſupiores fuerūt etholi: ſꝫ cū althea ob interēptos fratres ī meleagrū īprecationes habuiſſet: ille a pugna ceſſauit. Supiores curetes etholos vrgēt. Callidona oppugnare incipiūt. Meleager cū cleopatra ꝯiuge oblectabať. Oeneus pater. althea genitrix: ciues meleagrū: et arma ſumat: tuerť patriam precantur nō prius tamen ad ſumēda arma cōcitatus eſt ꝙ Cleopatra coniux vrbē hoſtibus ferro et igni vaſtari nunciaret. Rogaretq; vt ſe ſuoſq; tutaretur: ſumptis demum armis hoſtes repulit.

Quid tamen expectas agamennona penitet ire.

Et iacet ante tuos grecia meſta pedes!

Uince animos: iramq; tuam: qui cetera vincis

Quid lacerat danaas impiger hector opes.

Arma cape eacide: ſed me tamen ante recepta

Et preme turbatos marte fauente viros

Propter me mota eſt: propter me deſinat ira

Simq; ego triſtitie cauſa: modusq; tue.

Nec tibi turpe puta precibus ſuccumbere noſtris:

Coniugis oenides verſus in arma prece eſt.

Res audita mihi: nota eſt tibi: fratribus orba.

VBER.

☞ Quid tm̄. hortať vt deponat iram qn̄ḋē agamēnō iā depoſuit: ⁊ oēs greci ſupplices erāt ipꝫ achillē: vt recipiat briſeida: ꝓpter quā abductā irat⁹ fuerat. Añ pedes: ſupplicū em̄ ē: ad genua vel ad pedes coꝝ: q̄b⁹ ſupplicāt ſuccūbere. Cic. epl̄arū li. ſexto ad ligariū. cū fratres ⁊ ꝓpinq̄ tui iacerent ad pedes ⁊c. Uince aīos irāq; tuā. q. d. tūc em̄ eris vere victor. Cic. ī orōne p. M. Mar. Uerū aīm vincere. Ira cū. cō. victoriā tēperat aduerſariū nobilitate: ingenio ꝟtute pſtātē nō mō extollere iacētē. verūetiā āplificare ei⁹ priſtinā dignitatē: hec q̄ faciat nō cum ego ſūmis viris cōparo: ſꝫ ſimilimū deo iudico. ¶ Quid. cur. Lacerat: deſtruit. q. d. cur. tu q̄ ſol⁹ potes nō obſtas ei. Impiger: fortis. Eacide: vocatiu⁹ ē. Sꝫ me tm̄ añ recepta: dupl'r p̄t hic loc⁹ expōi vt recepta ſit modi īperatiui frequētatiui. vl' melī⁹ vt dicam⁹ cape arma: ſꝫ ſubaudi cape arma me recepta. Añ. i. poſtq̄ me ceperis. Cōprime: coerce. Uiros tur. i. troianos territos. deſinat: finiať. Cā origo. Mod⁹. i. finis. Iuue. Nāq; oblitata modi milleſima pagina ſurgit. Necti. occurrit obiectiōi. Sūt. em̄ pro. vinci p̄cib⁹ meis. ⁊ cis flecti ad accipiēdū arma. Cō. Oeni. hūc locū interpretes male itellexerāt trāſferētes ad Tydeū quē dicūt p̄cibus Deyphiles vxoris ſue adductū vt polynicē maritū. Argie ſororis Deyphiles a fratre Ethocle regno exclusum. cū annis vicibus regnare deberent: in regnū reduceret: ⁊ bellū ꝓ eo ſuſciperet: ſꝫ hic ſenſus nō ꝯuenit huic loco. nam qđ dicit. Et patrie rigida mēte negauit opē nō ꝯuenit Tydeo. nō thebe nō erāt eius patria: nec ipſe negauerat opē patrie: Sꝫ reuera ad meleagrū referť: qđ vt facilius intelligať breuiter tangēda eſt fabula. Sꝫ vt in pleriſq; alijs fabulis: ita in hac eſt aliqua varietas inter poetas. ſcribit em̄ Oui. li. viij. meta. qđ cū Oene⁹ parthaonis fili⁹ rex callidonis: q̄ vrbs eſt etholie ſolitus ſacrificare Cereri ⁊ palladi: ꝓmitias fructuū p̄teriſſet Dianā ihonoratā illa idignata imiſit aprū qui regionē vniuerſam vaſtabat at Meleager p̄ncipibus grecie ad hui⁹ apri iternitionē cōuocatis ipſe quoq; venationē ingreſſus eſt: ad quā etiā venit athalāta ſcheneij filia virgo fortiſſima archadica: hāc vt vidit. Meleager eius pulcritudine capt⁹ eſt. Deinde cū primū aprū ſua aure vulneraſſet: nō tm̄ formā. verumetiā virtutē eius admiratus cū ipſe aprū interemiſſet exuuias ⁊ prede honorē ei conceſſit: qđ cū pleuxippus ⁊ toxeus Teſti filij et meleagri auūculi egre ferrent: ⁊ exuuias illi eripere conati eſſent a meleagro ſunt interfecti: mater noīe althea Teſtij filia: cū audiſſet fratres ſuos a filio interemptos domū ferri nimio dolore cōcita. Stipite in quo vita meleagri cōſiſtebat: quādiu ipſe ſtipes ſeruareť in ignē cōieciſſe fertur: ⁊ vitā Meleagri ſimul cū ſtipite cōſumiſſet: ita ſcribit Ouidius. At ex grecis ſunt qui aliter ſentiāt. Dicunt em̄ Altheā execrationibus tantūmodo: ⁊ deteſtationibus deuouiſſe vitam filij: a quo fratres ſui interfecti fuiſſent imprecatamq; aſſidue infelicem exitū: quod cum intelligeret meleager: adeo egre tulit: vt cum hoſtes ad muros: vallumq; Calidonis venirent: ipſe indignatus nullo pacto arma ſumere vellet. Sed cum Cleopatra Eueni fluuij: ⁊ marpeſſe filia vxore ſua latens ſe oblectaret ⁊ omnium preces ſperneret: tandē cum cleopatra eius vxor: periculum videns cum oraſſet. vt pro defenſione patrie arma ſumeret adductus eſt: vt id faceret precibus vxoris: ⁊ hic eſt verus ſenſus: quē etiaꝫ Home. in iliade videtur approbare. Inducit enim Phenicē volētem achilli perſuadere: vt Bryſeida recipiat: multa de meleagro dicentem: ⁊ in primis ꝙ indignatus execrationes matris de homicidio auunculorum ſuoꝛꝫ pateretur hoſtes vſq; ad muros venire: dum vxori indulget. Stra. li. x. dicit bellum a Teſtiadis aduerſus Eneum ob ſuis caput ⁊ ſpolium: ſm̄ fabulam: ſed probabilius pro regionis parte ſuſceptum fuiſſe: ergo ab vxore ad arma capienda flexum intelligimus: ideo nunc hoc exemplum ad propoſitum ſuum Bryſeis adducit: vt achilles eius precibus flecti non dedignetur. Oenides ideſt Meleager filius Oneis. Uerſus: immutatus ⁊ inductus contra propoſitum ſuum. Ad arma: que propter indignationē accipere recuſabat. ¶ Res. ideſt caſus meleagri. ¶ No-



ta eſt tibi: quia in grecie partibus geſta eſt. ¶ Parens: althea mater Malcagri. ¶ Orba: priuata fratribus. ſcꝫ Pleuxipo ⁊ Toxeo interfectis a Meleagro filio ſuo.

ASCEN

☞ Agamennona penitet ire. Arguit ab exemplo eū debere irā deponere: ſed (vt dixi) Achilles eſt inexorabilis: id añt facit vt dehortetur a profectione ſciens q: deſeratur ſi in patriā redierit. ¶ Uince animos bonū verbum omnibus quadrans: ſed perſone aptiſſimū. ¶ Nec tibi turpe puta. Argumentatur ab exemplo meleagri: quē ꝫ ſola cleopatra cōiux in arma vocare potuit: verum ne ſuperbe videatur ſe coniugi comparaſſe fatetur modeſte ſe coniugem non eſſe: illi tm̄ fidelem ⁊ intactam permanſiſſe: deinde ſciens quia generoſus animus nulla re citius in arma conuocari poſſet ꝙ ſuga contumelie: obijcit ſummam contumeliam dicens rumorem eſſe nō alia de cauſa ab armis ceſſare: ꝙ vt mollis mulieroſuſq; voluptate indulgeat.

Deuouit nati ſpeſq; caputq; parens.

Bello erat ille ferox: poſitis receſſit ab armis ⁊

Et patrie rigida mente negauit opem

Sola virum flexit coniux: felicior illa.

At mea pro nullo pondere verba cadunt

Nec tamen indignor: nec me pro coniuge geſſi:

Sepius in domini ſerua vocata torum

Me quedam memini dominam captiua vocabat

Seruitio dixi nominis addis onus.

Per tamen oſſa viri ſubito male tecta ſepulcro

Semper iudicijs oſſa verenda meis.

Perq; trium fortes animas mea numina fratrum

Qui bene pro patria: cum patriaq; iacent

Perq; tuum noſtrumq; caput quod iunximus vna

Perq; tuos enſes: cognita tela meis:

Nulla miceneum ſociaſſe cubila mecum

Iuro fallentem deſeruiſſe velis.

Si tibi nunc dicam fortiſſime tu quoq; iura

Nulla tibi ſine me gaudia facta neges.

At danai merere putant: tibi plectra mouentur

Te tenet in tepido mollis amica ſinu.

Et ſi quis querat quare pugnare recuſes.

ANTON

☞ Deuouit nati. imprecata eſt rigida mēte obſtinata ira. Felicior illa. cleopatra q̄ virū flexit. Pro nullo pōdere: caduca ſunt ⁊ ſine efficacia. Nec indignor: ſi te nō moueo. nec me pro coniuge geſſi. nō tm̄ mihi arrogam: vt me tibi vxorem crediderim: verū ſerue partes impleui. Dominā: a noīe locus eſt quo oñdit ſibi id nomē nō ꝯuenire cū eſſet ſerua. Euripedes ſecus venerē hoc vtitur in hecuba: cū ait. Recte tibi nomē inditū eſt: cū dea ſis amentie pfecta. Per tm̄ oſſa viri: adiuratione impudicitie ſuſpitionem delet. ¶ Uiri: mnnere. Male tecta ſepulcro. Nā in excidio lyrneſi ſepeliēdi viri nō data eſt oportunitas. ¶ Perq; triū fortes aīas fr̄es tris intelligit: quos trucidaſſe achillem diximus. ¶ Cognita tela: quoniā illis ceciderūt. Miceneū agamennonē ſignificat qui apud Homerum macto Uerre cū conciliaretur cū achille iurat ſe intactam Hyppodamiā reddere Talthibi⁹ in fluctū Uerrē p̄icit. ¶ Fallētem: ſi te in hoc decipio me relinquas: Si ti. n. d. hac ſciſcitatione demonſtrat vtile nō preponi deteriori: nec ita ob amorē a bello ceſſare: ſed vt vitentur pericula. Fortis: non ſine inuidia hoc adiecit. Gaud. f. n. non negabis te voluptatibus poſt meum diſceſſum incubuiſſe. Mol. a. diomedam phorbantis filiam ſignificare videtur: qua cum delectare conſueuiſſe achillem ablata Hypodamia ſcri. Home.

VBER.

¶ Deuouit: ecce poeta oſtēdit qđ ſupra diximus altheā nō dediſſe mortē filio per torrem igni conſumptū: ſed cum execratam fuiſſe. nam deuouere eſt execrari: vt ſupra diximus illo loco. Theſea deuoui: q: te ⁊c. vn̄ deuotiones appellabanť execrationes. ergo deuouit. i. execrata eſt ⁊ imprecata vt male accideret filio meleagro: ⁊ cito moreret. nā hoc ſignificat deuouere ſpē ⁊ vitā. Ille meleager. Ferox fortis. Seceſſit ab armis: vt ſupra diximus indignatus ꝓpter execrationes matris. Poſitis. i. depoſitis: auphereſis eſt patrie calidoni q̄ ab hoſtib⁹ ob pugnabať. Rigida dura ⁊ pertinaci. ¶ Sola cōiux. ſ. Cleopatra ei⁹ vxor: vt diximus. Flexit mutauit eū a ꝓpoſito: ⁊ impulit: vt arma acciperet ꝓ defendēda patria. ¶ Illa vxor. Meleagri felicior ꝙ ego. Cadūt in vanū effunduntur. Pro nullo pōdere. i. ſine effectu. Nec geſ. me ꝓ coniuge nō fui apud te vt ꝯiux. Pro con. i. loco ꝯiugis nā ꝓ interdū ſignificat ſm̄: vt nūc te marmoreū ꝓ tpa fecim⁹ interdū ſigt̄ loco: vt hic interdū ad fauorē referť: vt egi cām ꝓ te. i. in fauorem tui Martialis. Incipiēs oēs ꝓ Cicerone loq̄. i. in fauorē Ciceronis lꝫ poſſit etiā accipi loco Cicero. quē antoni⁹ interfecerat. ¶ Sepi⁹ vocata ſeruat in torū dn̄i. i. q̄ ſepe nomine ſerue vocata ſum. vt in torū tuū venirē. Dixi illi captiue: q̄ vocabat me dominā. Addis onus ſeruitio. i. ſeruitutē meū magis aggrauas: cū vocas me honorifico noīe dn̄e cum ſerua ſim. Per tm̄: nc fortaſſe achilles eā reſpueret q: interea dn̄ fuit cū agamēnone cū eo cōcubuiſſet: affirmat multis iuramētis ſe nunq̄ tactā fuiſſe ab agamēnone. Ordo eſt tm̄: iuro ꝓ oſſa male tecta. ¶ Semiſepulta: q: vt ſupra diximus in euerſionibus vrbiū nō poſſunt corpa cōmode ſepeliri. Subito effoſa tm̄modo terra: verenda: honoranda: ⁊ ita cōmendat ſe ab amore cōiugali. Parq; triū. ſupple iuro triuꝫ fratrū qđ ſupra diximus. Uidi cōſortes pariter generiſq; ⁊c. Bñ. nā honeſtū ⁊ laudabile eſt ꝓ patria mori. Cū patria: q: ipſa euerſa eſt: vt ſupra diruta marte tuo ⁊c. Per tuum caput. mos grecorum iurare per alienum caput. Iuuenalis. Non dum grecis iurare paratis per caput alterius. Una. i. ſimul aduerbium eſt. ¶ Tela cognita meis: quia his enſibus tuis ⁊ fratres: ⁊ virum meum occidiſti. Micenum. i. agamennona: ſic dictum a Micenis vrbe cui imperabat. ſic Uerg. de eo. Ipſe Miceneus magnoruꝫ ductor achiuū ⁊c. Sociaſſe mecū nulla cubicula. i. nunq̄ mecum cōcubuiſſe. ¶ Fallentem. ſ. me deſeruiſſe velis. i. me deſeras: ⁊ nunq̄ recipias ſi te fallo. Si tibi. hoc dicit briſeis ego quidē poſtq̄ ad te abducta ſum fui intacta ⁊ a nullo viro cognita: ſꝫ tu ſi iurare cogaris: ſine me nulla fuiſſe

tibi gaudia ⁊ voluptates libidinis cũ alia mu iere. Neges.i.negabis: quaſi diceret nõ merere agi dolore ꝑpter me: a te abductã. Tibi plectra mouent.i.tu cythare indulges. nã plectrũ eſt quo chorda tãgit: interdũ ꝓ tota cythara ponit. Mollis: tenera ⁊ blãda. Sinu gremio.i.in ãplexu. Et ꝗſq̃ querit.i.⁊ aliqͥs dubitat quare recuſes pugnare cum iã ſatis conſtet: ꝙ nõ recuſas pugnã ob irã vt oſtẽdit q: ego fuerim tibi rapta: ſꝫ q: idulges veneri. ☞ ¶ Textus aũt dilucidus eſt: nec explanationis egẽs. Qd̃ aũt dicit. Perq̃ tuum noſtrũq̃ caput tractum eſt a grecis. Unde Iuue. ſatyra. vj. grecis nec dum iurare paratis per caput alterius.

ASCLEN

☞ Cythare: quib⁹ a chirone inſtruct⁹ eſt. Nox: cãtus. Tenuiſſe puellã: cũ diomeda oblectari. Thraiciam. Lirã qualẽ in Thracia Orpheũ perſonaſſe tradũt: quã a mercurio in Cillene monte arcadie inuẽtã illi muſas tradidiſſe ſcribit Eratoſtenes. ¶ Sed tibi a tpe auget ãp ificationẽ. Pro tutis: pro periculoꝝ euitatione. Gloria dulcis. nihil putabas glorioſius q̃ bello vincere. ¶ Iacet victa extincta eſt. Dij melius cõſulãt: ſcꝫ q̃ meũ nomen exciderit. Pelias haſta. peculiaris anchille haſte adiectio eſt apud Home. que tanta magnitudine fuit: vt patroclus cũ cetera arma ſumeret haſtam ſuo põdere reliquit. Pele⁹ achillis pater haſta valuit qui apud caiũ Balbũ cũ ceteris inſtrui achillem apud chironẽ cupit Tũ noſtrã inquit feſtinet ad haſtã. ¶ Me: ad achillem legatã Teucri frater aiacem intelligit qui vnus fuit ex legatis ad achillem. Agã mea oratione faciã. ¶ Inmitis: difficilior. Undis matris: marinis fluctib⁹ qui nulla audiũt vota. Tetis achillis mater eſt maris nimpha ¶ Cõminuere ferociã deponẽs mitigabis auſteritatem. Nunc quoq̃ ſic. omnes colligit ab amplificatione prĩmq̃ cõmiſerationeꝫ mouet ab obſecratiõe: ꝙ plurimũ valeret ad mouẽdos eos apd̃ quos dicimus ſcribit Fabi⁹. Impleat annos. niſi matura morte nõ extingat. Pyrrhus. filius achillis ex deidamia lycomedis regis ſcyroꝝ filia tuis auſpicijs: tuo ductu ⁊ imperio. Reſpice ſollicitam moueat te mea ſollicitudo. In tedia noſtri: hoc eſt ſi modo habuiſti quem amaueras.

ANTO.

☞ Pugna nocet. Ecce cã. Cythare.i. cantus cythare qua delectaris: nã achiles optimus cytharedus fuit a chirone centauro canendi edoctus.

ABER.

¶ Nox. quies nocturna. Uenus ꝯcubitus. hec eñi adulèſcentiã maxime iuuant. Plautus in bacchidibus. Iſto illecebroſius fieri nihil põt: nox mulier: vinum homini adoleſcentulo. ¶ Increpuiſſe inſonuiſſe. Lyrã threiciẽ.i. orphei qui trax fuit ⁊ lyra optime cecinit. Galeam: caſſidem: munimẽtum capitis. Preſſa pondere grauata. Sꝫ tibi eſt quaſi quedam obiectio ad ea que achilles dicere poſſet: quod magis ſplendore rerũ geſtarum delectatus ſit q̃ otio ⁊ tuta vita. dicit ergo bryſeis. ¶ Si facta inſigna.i. ſplẽdida. ſ. in bello. Pro tutis.i. loco tutorũ et otij. Et ſi gloria parta.i. queſita. Bellãdo pugnãdo ⁊ te piculis obiciẽdo. erat dulcis.i. erat tibi iucũda. An ꝓbabas.i. an laudabas. dũ raperes me.i. dũ patriã meã euertebas ⁊ me rapiebas Cũq̃ mea patria.i. an voluiſti laudẽ tuã iacere: et ſepultã eſſe, poſtq̃ patriã meã euertiſti. Dij melius ſ. velint. q. d. ita nõ ſit. Ualidoq̃ ꝑcor.i. vtinã poti⁹ haſta tua interficias hectorem. ¶ Pelias. theſſalica a pelio mõte theſſalie: nõ autem a peleo patre achillis eſt deductuꝫ deriuatiuum: nam in eo mõte inciſa dicitur: ipſe in primo de remedio. Uulnus achilleo que quandam fecerat hoſti. Uulneris auxilium pelias haſta tulit. Notandum autem eſt haſtam achillis ex fraxino fuiſſe: vt teſtatur Plinius libro. xvj. ⁊ Strabo libro. x. quam Homero teſte ſolus achilles concutere ⁊ tractare nouerat. Mittite me. conuertit ſermonem ad grecos: oſtendens ꝙ ſi ipſa miſſa fuerit ad achillem magis poterit cum ſua preſentia et memoria ſolite conſuetudinis mouere: q̃ omnes alij magna eloquentia. Oſcula miſta mandatis: ideſt preter preces oſculabor eum. plus agam ſcilicet in perſuadendo achilli oſculando eum: q̃ phenix eloquenter dicendo: et q̃ Ulyſſ. Et plus q̃ frater teucri. ideſt q̃ aiax Telamonius patruelis achillis: vt ſupra dictum eſt. Eſt aliquid. q. d. plurimum poteſt Solitis aſſuetis. Admonuiſſe. ideſt reducere in memoriam oculos achillis. Sinu. ideſt pectore meo et patefacto. Sis licet. nunc loquitur ad achillem. Licet q̃uis. Sis immitis.i. immanſuetus. Undis matris. ideſt aliqͥs maris. nam Thetis mater achillis dea eſt maris. Ut. ideſt q̃uis. Taceã.i. nihil tibi dicam. Comminuere.i. frangeris: ⁊ flecteris. Lacrimis meis. ideſt meo fletu. Nunc quoq̃ adiurat ipſum achillem Briſeis: vt ſui miſereat

als/vor
Pugna nocet: cythare noxq̃ꝫ venuſq̃ꝫ iuuant:

Tutius eſt iacuiſſe toro: tenuiſſe puellam
als threiciam.
Thraiciam digitis increpuiſſe lyram:

Quã manibus clypeos: ⁊ acute cuſpidis haſtam

Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma:

Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant:

Partaq̃ bellando gloria dulcis erat:

An tantum: dum me caperes: fera bella probabas

Cumq̃ꝫ mea patria laus tua victa iacet:

Dij melius validoq̃ꝫ precor vibrata lacerto

Tranſeat hectoreum pelias haſta latus.

Mittite me danai: dominum legata rogabo

Miſtaq̃ꝫ mandatis oſcula multa feram:

Plus ego q̃ phenix: plus q̃ facundus Ulyſſes:

Plus ego q̃ teucri: credite: frater agam:

Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis:

Preſenteſq̃ꝫ oculos admonuiſſe ſinu:

Sis licet immitis: matriſq̃ꝫ ferocior vndis:

Ut taceam lacrimis comminuere meis:

Nunc quoq̃ꝫ: ſic oẽs peleus pater impleat annos.

Sic eat auſpicijs pyrrhus ad arma tuis:

Reſpice ſollicitam briſeida fortis achille:

Nec miſeram lenta ferreus vre mora:
als aut
At ſi verſus amor tuus eſt in tedia noſtri:



ordo eſt. o fortis achille nunc quoq̃ reſpice ⁊c. reliqua dicta ſunt per parentheſim. ¶ Nunc quoq̃: ſcꝫ cum non ſum ad te miſſa. Sic adiurãtis eſt particula. Uergilius in buccolicis. Sit tibi cũ fluctus ſubterlabere Sicanos. Doris amata ſuam non intermiſceat vndã. Omnes annos. ſ. a natura ſibi debitos. Tuis auſpicijs: tua felicitate. ¶ Eſt victor: ſicut tu ſemper fuiſti. Reſpice: verbum miſericordie: vt ſupradictũ eſt. Sollicitã anxiam plenaꝫ curarum. Ferreus ſcꝫ tu. Ure.i. crucia. Lenta mora: ſcꝫ recipiendi me. ¶ At ſi verſus amor tuus eſt in tedia noſtri: legitur etiam aut: ⁊ melius verſus mutatus.

☞ Mittite me. Suadet ſe apud achillẽ plus poſſe q̃ tres illi legati. aiax teucri frater ſed ex diuerſa matre phenix et Ulyſſes ſimile facit apud romanos mater coriolani: q̃ ſola ipſꝫ flexit: qd̃ poete nõ Bryſeidi notũ erat. Eſt aliquid. hec particula ꝓ excellẽtia ponit: vt apud Iuue. Eſt aliquid ſeſe vnius dñm feciſſe lacerte. Et apud Perſium. Seſe aliquẽ credẽs ita lo. ꝙ honor ſupinus fregerit heminas ⁊c. Et apud diuũ Paulũ. Qui videbant eſſe aliqͩ. ¶ Admonuiſſe.i. caſtigaſſe oculos vagos. Cõminuere. peñ. lõga futurũ indicatiui verbi paſſiui.i. mitigaberis. Sic oẽs. Sic aptiſſima predicationibus particula. Uerg. in bucco. Sic tibi cum fluctus ſubterlabere ſicanos. Hora. j. carmi. Sic te diua potens cypri ⁊c. Tuis auſpicijs.i. tua dexteritate ⁊ felicitate. Quia eñi nihil ſine auſpicio factitabãt priſci: nec quicq̃ cõtra hoſpitij ſententiã: que ꝓo auſpicato fiebant ꝓſpere ſuccedebãt: ideo auſpiciũ accipit pro felici inchoatione: ⁊ auſpicari ꝓ feliciter inchoare: vt diximus.

ASCEN

Aliquid.

Sic.

Quam ſine te cogis viuere: coge mori.

Utq̃ꝫ facis coges: abijt corpuſq̃ꝫ colorq̃ꝫ

Suſtinet hoc animi ſpes tamen vna tui.

Qua ſi deſtituar repetam fratreſq̃ꝫ virumq̃ꝫ

Nec tibi magnificum feminea iuſſa mori.

Cur autem iubeas: ſtricto pete corpora ferro:

Eſt mihi: qui foſſo pectore ſanguis eat:

Me petat ille tuus: qui ſi dea paſſa fuiſſet

Enſis in attride pectus iturus erat

At potius ſerues noſtram tua munera vitam:

Quod dederas hoſti victor: amica rogo

Perdere equos melius poſſis neptunia prebent:

Pergama materiam cedis ab hoſte pete

Me modo ſiue paras impellere remige claſſem

Siue manes: domini more venire iube.

ANTO.

Cytherea dis.Nam ex teſtibus celi ⁊ maris ſpuma venus tradit̄ genita:vt auctor eſt varro.Cōcha in cytheram delata:que diſtat a malea promōtorio ꝗnqꝫ
Uenus. milia paſſuū:antea porphiris dicebat̄.Perdita ne perdā timeo pathos a volūtate.nollē inquit ⁊ ſi eneas me fugit:vt mea cauſa periret.Sic viuus ⁊ pfugū.Tu potius:ꝙ mihi tue mortis cauſa tribuatur.Finge:age locus eſt qui d꞉ a cōingētib꞉.Nullū ſit meis dictis exitus ꝓhibeat̄.Omē eſt qd
Turbo. ex homis ore capiatur.Rapido turbine eſt turbo flatus repētinus ex depreſſe nubis ſpecu cū fragore proſperis proxima queqꝫ proſternī.Js ſi accēdatur preſter dicitur cūcta ꝗnurens ⁊ proterens.
ABER. ☞Si eſt vile tibi.i.paruifacias.nam interdum odio alicuius ſolēt homines paruifacere pericula ⁊ mortē vnde eſt illud amātis apud Uerg.in buc.ſpecula de montis in altum deferat.Extremum hoc minus morientis habeto.Jam venti dicit cito ceſſaturā tempeſtatē inde cū tutius nauigaturū.Ponent.i.quieſcent.Jam.i.cito.Strata lapſa ꝗeta.Triton deus maris neptuni ex ſalacia dea maris filius ⁊ eiuſdē tubicē.Curret celeri curru ibit per mare.Equis ceru.i.delphinibus iunctis ad currū invicē equorꝫ:nam deorū maris equi ſunt delphines.voluūt autē poete deos maris nō ire ſuper vndas niſi fere quieto mari.vñ Uerg.in.j.eñ.poſt placatū mare dicit de neptuno.Celoqꝫ invectus aperto Flectit equo curruqꝫ volans dat lora ſecundo:cum ventis quorum natura eſt.vt imitatur Horatius.ij.carminum.Nō ſemper imbres nubibus hoſpidos manat in agros.Aut.mare ſpatiū vexant inequales ꝓcelle.Eris ſcꝫ mutabilis.Niſi vincis.ideſt niſi ſuperas.i.niſi es durior arboribus.Robur autem ſpecies arboris ex qua teterrimam eſſe gallam Plinius ſcribit:eſt autem eius lignum nimie duritie.Quid ſcilicet faceres:quaſi dicat ignoſcendū eſſet tibi ſi intrares mare cuius periculū ignorares:experte:probare a te:eſt in ſignificatiōe paſſiua participiū.Tā male.i.tā cū periculo tuo.Credis cōfidis vt o formoſe puer nimiū ne crede colori.Ut.i.quis Retinacula funes nauiū etiā pelago ſuadēte.i.etiā mari tranquillo:q꞉ tunc videtur ſuadere nobis nauigationem.Nec p.i.littore eſt.i.nocet.Tentantibus:ingredientibus:a tento deriuatur:vt tentēda fuga canit equora calchas exigit penas perfidie:punit perfidos.Precipue.hoc dicit:vt magis eū terreat:q꞉ rationē ponit.mater amatorū.Uenus amatorū aūt dixit:q꞉ due dicuntur eſſe cupidines.Edita.i.genita aquis cypheriacis:hoc ſm fabulam dixit:quā Ser.v.enei.refert.Dicit enim celum patrem fuiſſe ſaturni cui cum iratus filius falce virilia amputaſſet:lapſa in mare ſunt:de quorum cruore ⁊ maris ſpuma nata dicitur Uenus vnde ⁊ aphrodite dicit̄ nam aphros eū accētum in fine h꞉:ſpumā ſignificat:inde ⁊ Uer.lib.ſupradicto.Fas omne eſt.Cytherea tuis te fidere regnis.Unde genus ducis.Huius aūt fabule allegorium:qui vult ſcire videat Seruium loco ſupradicto Cytherea aūt d꞉ cytheris inſula tū pluraliter declinata:que vt Pliū.lib.iiij.inquit in laconi ſinu eſt antea porphyris appellata.Uenus autem cum primū nata eſt marito:eo concha deuecta eſt.vnde ⁊ nomē accepit.inuenitur aūt ⁊ ꝓ vrbe ⁊ pro inſula eodē noīe.Interdū tñ venus Jouis ⁊ Diones filia dicitur vnde ⁊ ipſa nonnunꝗ dicitur dione:⁊ dioneus a venere nomē deducit̄:vt apud Uergi.in bucco.Ecce dionei proceſſit ceſaris aſtrum ⁊ eneid.iiij.Sacra dione matri.i.veneri.Perdita.i.timeo ne te perdā naufragio quē tamen amiſi:q꞉ non vis mecum manere.Heu ideſt ne hoſtis eneas Naufragus ſubmerſus.Uiue precor:conſiliat ſibi eneam optās ei vitā.C Sic.ſcꝫ viuendo.Quā funere:ꝙ morte.i.meli꞉ eſt careā te viuo ꝙ mortuo.C Ferre.i.dicare.C Potius



ſcilicet ꝙ ego dicar eſſe cauſa tue mortis.C Finge.artificioſe ei cōmemorat recordationē cōſcientie in magnis periculis.C Age:hortātis.Finge:puta an.me tuo cogita.Te deprehēdi:vſus eſt verbo nautico.nam nauigātes deprehēdi dicūtur.Uerg.lib.v.enei.Hūc ego getulis egerē ſi ſyrtibus exul.Argolicove mari deprehenſus:⁊ vrbe myceue ⁊c.Quid tibi mētis.i.que mēs ⁊ cogitatio erit tibi.Nullū ſi parēthesis eſt pondus effectus.C In omine.i.in augurio meorꝫ verborꝫ.i.hoc tamē ꝓpter mea verba tibi nō eueniat.
ASCEN. ☞Si me dū fugias eſt tibi vile mori.i.ſi paruipendis mortē dūmodo me fugias:quaſi ꝓ maiori odio me ꝙ mortē ꝑſequeris cū vt me fugias illā incurras.Experte aque:paſſiue dixit:nā experior cōe eſt.Nullū ſit in omine pōdus:honeſta ⁊ amica parēthesis.nam dum mala cōmemoramus ne malorꝫ omen in amicos cōuertatur
Omen. auerti petimus ab eis ⁊ inimicos conuerti.vnde ſinon.ij.enei.locutus de euerſione troie addit quod dij prius omen in ipſm cōuertāt.Sumebāt aūt veteres ſuperſtitioſi ꝓ omine.i.future rei iudicio quidquid primū audirēt.vnde Emilius deliberās an perſidē oppugnare deberet:audito a filia perſa mea periit:illud ꝓ omine perdēde a ſe regionis illius ſumſit:ꝗuis filia de catella ſeu canicula ſua perſe nomē fuit loqueret̄:⁊ ideo paterfamilias querēti:quis me petit aut vocat:nō reſpōdebat̄:nullus aut nemo:ſed bona fortuna pater.Nā eꝗ nihil haberet audebat ſe nihil habere dicere:ſed recte.vnde in eunucho.Tñ ꝙ d꞉ recte eſt.Nā nihil dicere:nihil religioſi eſt.i.mali ominis metus:vbi oſtēdit ꝓ eo qd eſt nihil:dici ſolere recte:q꞉ ergo dido dixerat.finge age te rapido:dictura turbine deprēdi interponit.Nullū ſit in omine pōdus.i.nolo:id tñ eueniat:nec vt raptū ſit illud omen.

Protinus occurrent falſe periuria lingue.

Et phrygia: dido fraude coacta mori

Coniugis ante oculos decepte ſtabit imago

Triſtis:⁊ effuſ:is ſanguinolenta comis.

Quidquid:id eſt totum merui:concedite dices

Queqꝫ cadent in te fulmina miſſa putes.

Da breue ſeuitie ſpatium pelagiqꝫ tueqꝫ.

Grande more pretium tuta futura vita eſt.

Nec mihi tu parcas:puero parcatur iulo:

Te fatis eſt titulum mortis habere mee.

Quid puer aſcanius:quid dij meruere penates:

Ignibus ereptos obruet vnda deos.

Sed neqꝫ fers tecum:nec que mihi perfide iactas

Preſſerunt humeros ſacra paterqꝫ tuos.

Omnia mentiris:neqꝫ enim tua fallere lingua

Incipit a nobis:primaqꝫ plector ego.

Si queris vbi ſit formoſi mater iuli:

Occidit a duro ſola relicta viro

Hec mihi narrabas at me nouere merentem

Jlla minor culpa pena futura mea eſt

Nec mihi mēs dubia eſt:quin te tua numina dānent

Per mare per terras ſeptima iactat hyems.

ANTO. ☞Phrygia inuidioſe patrie contumeliā obiecit:vt phryges perfidia viri feminaſqꝫ iactare cōſueuerit.Paris oenonē deſeruit.Menelai quoqꝫ hoſpitiū violauit.Ante oculos:maiori affectu idē Maro exprimit.Et cū frigida mors aīa ſeduxerit artus oībus vmbra locis adero:dabis improbe penas.Quicquid.i.quidquid ſubieris periculi.Da breue ſeuitie ſpatiū:ſeuias poſt placatū mare.Grāde pretiū ad tutiorē nauigationē id refert.C Dij
Dij penates. penates:quos eneas in latiū tulit.Deos penates Diony.ſcri.eſſe duos iuuenes virilis ſpeciei:licet Timeus tradat ab incolis audiſſe in occultis ſeruari lituos ferreos eneoſqꝫ troianū vas quoddā fictile coſqꝫ eſſe deos penates troianorꝫ.Hos alij penates:alij patrios:alij gētilios:alij minichios:alij ethiſios:alij hercos appellant.Unde ⁊ Hercei Jouis ara apud troianos:vbi Priamus tricidatus fertur.Sed neqꝫ fers tecū:impietate eneā arguit.Sacra dij penates.Pater eneas patrē anchiſem ⁊ troiana ſacra ab incēdio humeris ſuppoſitis liberauit:vt in Laochoonte fabula ſcripſit ſophodes.Plector:tua perfidia crucior.Mater iuli:exēplo arguit Creuſam priami filiā ſignificat:que caſu relicta ea nocte qua combuſta eſt Troia Cybeles ſacerdos cōſtituta eſt.Sūt qui enee fraude relictā tradant:iulus primū curilion deinde in fuga Aſcanius eſt appellatus:vt ſcri.Diony.enee filius ex creuſa fuit.Merentē:qm̄ tuā fidem noui.Mea culpa:que ex audacia orta eſt.nam perfido me cōmittere non debui.Nec mihi mēs dubia eſt:cōnumerata ſua in eadem officia ſtatuit:ꝓpoſitū ab autoritate deorum.Te tua facinora.Septima iactat hyems:cū Uergi.cōgruit qui.vij.anno poſt captū ilium eneam in latium veniſſe ſcri.Caſſius emina.iij.Diony.ꝓ.d.poſt troianum excidiū lauinium ab enea conditū tradit.
ABER. ☞Protinus.dicit que mens ei futura ſit.Occurrēt:veniēt in mentē.periuria:quibus decepiſti.Et phrygia di.legendū eſt nō autem tyria:vt ſit dido coacta mori fraude phrygia:ideſt fraude tua nā eneas phrygius eſt.nam ſi dicat̄ dido tyria verſus non patitur:ſi ꝓ fraude tyria ſenſus repugnat.Imago:ſpēs.videbere eū videre me quē decepiſti:qd maxime te anget.Juue.Et quid precipuis mentē ſudoribus vrget.Te videt in ſomnis tu ſacra ⁊ maior imago.Humana turba pauidum cogitqꝫ fateri.Triſtis.i.meſta.Sanguinolēta:vt porte que tui cauſa ſe interfecit.Merui ro.i.iuſte patior.Putes ꝓ putabis.i.credes nō eſſe fortuita:ſed miſſa a dijs:vt vidiſſent perfidiā tuā.Hec eū cogitatio ſolet male cōſcientie euenire.Juue.Hi ſunt qui trepidāt ⁊ ad oīa fulgura pallent.Cū tonat exanimes primo quoqꝫ murmure celi.Non quaſi fortuitus nec ventorꝫ rabie.Sed iratus cadat in terras:⁊ vindicet ignis.Da bre.preſcribit modū petitionis ſue.dicit eū ſe non petere vt eneas perpetuo maneat:ſed tñ differat donec ira ipſius enee ⁊ pelagi aliquantulū fuerit remiſſa.Da bre.ſpa.i.cōcede breue tempus.Grāde mo.ſenſus eſt:hec mora erit vtilis:q꞉ poſtea habebis nauigationē tutam.Uia nauigatio erit grande pretiū.i.magna vtilitas.More tarda-

tionis tue. Nec par. mi. nec habeas reſpectum mei immorando: ſed filij tui. Titulum: nomē ⁊ famam mee: non etiā filij tui. Quid meruere. ſ. vt merſionis periculo a te obijciātur. Penates: dij quos tecū (vt diximus) portas. Ereptos: liberatos. Igni: incēdijs troianis. Fers: portas. Preſſerūt tuos humeros. i. tuis humeris ſunt portata. nam vt ipſe narrat in. ij. enei. apud Verg. Sacra penateſq; ſibi ab hectore: qui ei in ſomnis apparuerat cōmēdatos humeris impoſuit ⁊ patre ſimul: vt ei a age chare pater ceruici imponere noſtre. Ipſe ſubito humeris: nec me labor iſte grauabit. Mētiris: falſo iactas neq; incipit a nobis: q2 iam aſſueta eſt fallere alios. Plector. i. punior. Si que. pbat q alias decepit. Mater: creuſa. Occidit: periit. Sola: ſine te. Duro: inhumano. Hec. ſ. creuſa eſſe a te relictā. nam circa finē. ij. lib. enei. Verg. narrat eneas didoni creuſam fuiſſe a ſe miſſam cum diſcederet a troia: ſed eā cōuerſam in miniſtrā matris deū. At me: videt hic textus vel obſcurus vel ambiguus: alij mouere legēdū putāt: ſed cū alijs multis codicibus: tamē meo vetuſtiſſimo legitur nouere. erit ergo ſenſus. Narrabas mihi creuſam a te relictā: ſed ego nō ſolū fui tibi vxor ſicut ipſa: ſed etiā tibi preſtiti beneficia: vnde maiorē penam es daturus q me deceperis ⁊ me dereliqueris q̄ q illam reliqueris. Nouere ſciunt. ſ. oēs. Merentē. i. preſtantē tibi beneficia: nam hoc ſignificat merere. Verg. in. vj. enei. Quiq; ſui memores alios fecere merēdo. Illa pena: quam tu dabis ⁊ patieris ꝓpter Creuſam relictā. Et futura minor culpa mea. i. q̄ culpa quam de me habes. In genitiuis nominū ⁊ pnominū: ⁊ item in nominibus poſſeſſiuis dupliciter accipitur: ⁊ actiue ⁊ paſſiue: actiue ſic. Iniuria paris cōcitauit vniuerſam greciā aduerſus troianos. hic iniuria intelligit quā Paris alijs intulit. paſſiue vo. Iniuria menelai grecos omnes ad auxiliū ſuū cōmouit. hic accipitur iniuria que menelao illata eſt: ⁊ ſic culpa mea interdū intelligitur quā ego de alio habeo: interdū quā alius de me: vt hic. Nec mihi: pbat culpā de ſe decepta eſſe maiorē: q2 nō dubitat quin ꝓpter ipſam ſit daturus penas. Quin. i. vt nō. Dānent dignum pena iudicent: ⁊ puniant. Septima hyems: ſeptimus annus: vt ipſa apud Verg. in. j. enei. Nam te iam ſeptima portat oībus errantem terris ⁊ fluctibus eſtas.

ASCEN ☞ Et phrygia dido. Ordo eſt. ⁊ dido coacta mori fraude phrygia. i. phrygū qui fraudulēti ſunt. vnde ipſa eneidos. iiij. Necdū laomedōtee ſentis periuria gētis. Nec legendū eſt Tyria ⁊ ſtultoꝝ prauitate inuerſus eſt textus. Nam viderēt q2 tyria eſſet dido: ⁊ neſciētes malū eſſe verſum ⁊ meliorem ſententiam: vt ſit phrygia fraude. pro phrygia tyria ſcripſerūt. Cōiugis ante oculos. Sic maro. Oībus vmbra locis adero. Da breue ſeuitie ſpatiū pelagiq; tueq;. i. differ ſeuitiā tuā: ⁊ vita ſeuitiā maris: q2 grāde preciū eſt mori. nam via eſt futura tuta ſi aliquātulum immoratus fueris. Te fatis eſt titulū mortis habere mee: parcas ergo aſcanio ne ⁊ eius mortis titulū habeas dicariſq; interfector filij tui. Oīa mentiris que. ſ. de pietate tua in deos ⁊ patrē narraueras. vt. ij. ⁊. iij. enei. recitatur. Hec ſi pietatis opera in coniugē etiā tuā quā per troiā queſiſti: ac ꝓ ⁊ hec mouere. i. mouerūt. i. affecerūt cōmiſeratione me merentem. ſ. ex pia credulitate. ⁊ tamē illa pena quā ꝑ tam facili credulitate dabo eſt futura minor mea culpa: quia plus mali merui q̄ mori: dū tam perfido fidē habui.

Fluctibus eiectum tuta ſtatione recepi.

Vixq; bene audito nomine regna dedi:

His tamen officijs vtinam contenta fuiſſem.

Et mihi concubitus fama ſepulta foret.

Illa dies nocuit qua nos decliue ſub antrum

Ceruleus ſubitis compulit imber aquis.

Audieram voces nymphas vlulaſſe putaui

Eumenides fatis ſigna dedere meis.

als ſicheo.

Exige leſe pudor penas violate ſichei

Ad quem me miſeram plena pudoris eo.

Eſt mihi marmorea ſacratus in ede ſicheus

Oppoſite frondes velleraq; alba tegunt.

Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari.

Ipſe ſono tenui dixit: elyſa veni:

Nulla mora eſt: venio quondam tibi debita coniux

Sum tamen amiſſo tarda pudore meo.

Da veniam culpe: decepit idoneus auctor

Inuidiam noxe detrahit ille mee.

Diua parens: ſeniorq; pater pia ſarcina nati.

Spem mihi manſuri rite dedere viri.

ANTO. ☞ Tuta ſtatione: portū Carthaginenſem intelligit. His tamē officijs: idē locus eſt in epl'a Phyllidis. Cōcubitus: violate pudicitie. ¶ Foret ſepulta: taceretur. ¶ Illa dies nocuit: a tempore. Dido cū in venatione eſſet cū Enea Iunonis veneriſq; cōmento exortis imbribus in ſpeluncā veniunt: vbi remotis arbitris concubuiſſe ſecutus Enniū ſcribit Vergi. ¶ Voces: que male mihi ominabātur. Nymphas vlulaſſe putaui: exiſtimabā eas eſſe Nympharū voces: ſed furie aderant: que meā calamitatem precinebant. ¶ Signa mei fati: future mortis preſagio. ¶ Leſe pudor: violatā pudicitiā ſecūdo coniugio demōſtrat: nam que ſemel nupſerāt tanq̄ virgines coronabātur: q2 bis impudicitie nota arguebātur. ¶ Violate: q̄m illius cineri caſtitatē ꝓmiſerat. ¶ Eſt mihi: exponit aliud ſui exitij

Sicheus ſignū. ¶ Sicheus ſacratus in ede. Dido penetrale marmoreū in honorē Sichei cōiugis exedificarat in tectis ſuis: idq; ſummis colebat honoribus ac ſichei exexerat ſtatuā: illāq; venerabatur. Fuerat ſicheus herculis ſacerdos quē tyrij in ſummo honore habebant. Sicheus: ſichei ſtatua. Vellera alba: vittas puras ſignificat: quibus templa ornātur. ſic ⁊ Verg. Velleribus niueis ⁊ feſta fronde reuinctū. ¶ Noto ore: voce noti cōiugis eadē. Vergi. refert hinc exaudiri voces ⁊ verba vocātis. Viſa: viri. Ipſe: ſicheus antiquus cōiux. ¶ Eliſa: primū nomē eſt: deinde a virtute Dido nūcupata eſt. Debita: quoniam prime nuptie legitime ſunt admiſſi impudicitie criminis. De ve. cul. purgat crimē ab autoritate perſone. Idoneus: nō contēnēdus. Noxe: impudicitie culpe, excuſat factū: ſi licz ſit pudēdū perſone autoritas. Diua parēs: firmat ꝓpoſitū a cognatione ⁊ facto. Pietas inquit ⁊ genus me facile impulit: vt me enee cōmitterē. Manſuri: qui nō fugeret: ſed in fide cōſiſteret. Rite. i. ſecundum ritum nuptialem.



ABER. ☞ Eiectū naufragiū: vt ipſa. iiij. enei. Eiectū littore agētē. Excepi ⁊ regni demēs in ꝑte locaui. Vix bñ audito noīe. nā vt in. j. enei. ſcri. Ver. cū audiſſet Dido ab ilioneo vixerat eneas nobis ⁊c. rñdit ipſa. Vultis ⁊ his mecū pariter cōſiſtere regnis Vrbē quā veſtra eſt. His officijs. ſ. qꝺ te hoſpitio excepi: et regna dedi: Fama q̄ iā ſparſa ⁊ vulgata eſt: me tecū cōcubuiſſe. Ver. iiij. ene. de hac fama. Hec tū multiplici populos ſmone replebat. Gaudēs ⁊ pariter facta. atq; īfecta canebat venīſſe eneā troiano ſanguine cretū. Cui ſe pulcra viro dignetur iūgere dido Nūc hyemē inter ſe luxu q̄ lōga fouere. Regnoꝝ īmemores: turpiq; cupidine captos. Hec paſſim dea fedavirū diffundit in ora. Sepulta: incognita a nullo cōmemorata. Foret ſubaudi vtinā. Illa dies: cōmemorat tēp' quo primū ſe cū enea cōmiſcuit: exierat eīm in venationē cū enea: vt ſcri. Ver. lib. iiij. enei. cū īmiſſo ſubito imbre iunone Venere ꝯſentiēte eneas ⁊ dido in eādē ſpeluncā imbrē fugiētes deuenerūt. vbi primū cōcubuerūt. Nocuit Ver. Ille dies prim' leti primuſq; maloꝝ Cā fuit. Decliue: pēdēs. Sub ātrū. i. in ſpeluncā. Cōpulit. coegit ire Cerule' obſcurus. Ver. Inſequitur cōmiſta grādine nymb' Audierā voces. i. clamorē. nymphas vlulaſſe putaui Ver. Sūmoq; vlularūt ꝟtice nymphe. Eumenides. q. d. nō fuerūt nymphe: ſʒ furie: q̄ ſigna dederūt fatis meis idest infelicitati. Exige nō ad ſicheū: vt quidam male exiſtimāt: ſed ad pudorē a ſe violatum ſermonē cōuertit neq; eīm legendum eſt ſicheu: quia neq; ratio declinationis patitur: nā ſicheus eſt diſſyllabū: vt Theſeus ſʒ triſſyllabū vt antheus. Ver. Huic cōiux ſicheus erat: ergo ſichei legendum eſt vt ſit ordo. o pudor leſe violate. eſt aūt diſtinguendum ne vitioſum ſit duo adiectiua ſine copula ponit: ſicut apud Verg. Tectum anguſtum ingēs centuʒ ſublime colūnis. O pudor. O pudicitia: violate. Ver. Ante pudor quā te violem aut tua iura reſoluam. Exige penas ſichei. i. ſume de me penas: quas ſicheus deberet exigere. quia ei nō ſeruaui fidē Vergili. nec ſeruata fides cineri promiſſa ſicheo. Plena pudoris: idest plena verecundie: quia pudet me. Eſt mihi dicit Dido ſe vocatam fuiſſe noctu a ſimulacro mariti quod in domo colebat ſumma veneratiōe. Sicheus: imago ſichei In ede in templo. Verg. Preterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui miro quod honore colebat. velleribus niueis ⁊ feſta fronde reuinctū. Oppoſite ad ornatum. vellera lane. Tegunt ornant. Hinc: ex illa ede. Noto ore idest notis verbis. Vergi. Hinc exaudiri: voces: verba vocantis viſa viri ⁊c. Ipſe Siche' eliſa: hoc enim fuit prius nomē didonis. Nam poſtq̄ Carthaginem condidit dido appellata eſt: quod nomē lingua punica ſignificat virginem. alij volunt: vt. Serui. poſtq̄ ſeipſam interemit hoc nomine appellatā fuiſſe veni imperatiui eſt modi. q. d. neceſſe eſt. vt mecum ſis. Nulla mora: dicit ſe parataʒ mori: vt ſit cū ſicheo: quod etiā labentius ⁊ celerius faceret: niſi pudicitiā amiſiſſet. Da veniā ad ſicheū loquitur. Idoneus: cui credenduʒ quiſq; putaret: Inuidiam odium. Noxe. i. culpe. Ver. Vnius ob noxam: Detrahit aufert. Diua parens. enumerat ea que fecerunt fidē Diua. nō mortalis. Pia ſarcina: piū onus. i. pater quē hūeris ſe geſtaſſe dicebat. Spē nā ea videbant eſſe officia hominis boni et fidelis neq; videbatur qui talia feciſſet poſſe quemq̄ decipere. vñ dicit ſe propter ſupradicta ſperaſſe eum eſſe remanſurum apud ſe ſicut promiſerat.

ASCEN ☞ Fluctibus eiectū. Verg. Nuſq̄ tuta fides: eiectum littore egentem. Excepi et regni demens in parte locaui. Illa dies. ſic Maro. Illa dies prim' leti primuſq; maloꝝ cauſa fuit. Nymphas vlulaſſe. ſic Maro. Summoq; vlularunt vertice nymphe. Eumenides dicuntur furie infernales per antiphraſim: idest contrariaʒ ſcriptionē eu eīm bonum: ſignificat cum minime bone ſint Exige ⁊c. ſi legitur ſicheu: vt ſit vocatiuus grec' cum tamē nō ſit diphthongus. Ordo eſt pudor leſe: idest extincte ⁊ violate exige penas: idest a me: ⁊ o ſichei violate. i. inhonorate per ſecundas nuptias exige penas: Aut ſi legendū ſicheo ordo eſt pudor leſe ⁊ violate ſicheo: idest in dānum ſichei exige penas. ad quas ſcilicet penas me miſerā ſubaudio vel heu: ſed reprimit ne ſit vehemēs excandeſcētia. ad quas igitur o me miſerā ego eo plenas pudoris: idest verecūdie ⁊ ruboris. Eſt mihi: hoc q̄ ex vergilio ſumptum eſt: vt patet in quarto: vnde fruſtra ⁊c.

Si fuit errandum cauſas hʒ error honeſtas.

Adde fidem: nulla parte pigendus erit.

Durat in extremum. vitęq; nouiſſima noſtre.

Proſequitur fati qui fuit ante tenor.

Occidit in terras coniux mactatus ad aras:

Et ſceleris tanti premia frater habet.

Exſul agor: cineresq; viri patriamq; relinquo:

Et feror in duras hoſte ſequente vias.

Applicor ignotis: fratriq; elapſa fretoq;

Quod tibi donaui perfide littus emo.

Vrbem conſtitui: lateq; patentia fixi

Menia finitimis inuidioſa locis.

Bella tument: bellis peregrina ⁊ femina tentor

Vixq; rudes portas vrbis ⁊ arma paro.

¶ Cauſas honeſtas: licet errarim cauſa, tamen nō habet honeſtates: licet erroris cā eneas fuerat ANTO. Adde fidē nihil ſceleris īputare enee poteſt preter perfidiā: eſt laudandus in cunctis citra fidē: durat in extremum errorē a fato excuſat Fati tenor. aduerſe fortune ꝑſeuerantia. Occidit in terras: exponit fortune iniuriam Cōiux mactatus ad aras in templo herculis tyri pygmalion Didonis frater (vt diximus) opibus inhiās ſicheū trucidauit Exſul agor. monita in ſomnis a ſicheo in exiliū delato ſe cū omni thesauro ſpōte ꝓceſſit: erāt eīm parata nauigia ad frumēta deuehēda: vt Trogus auctor eſt quibus acceptis Dido fratris pygmalionis inſidias fugiens in aphricam nauigauit. In duras vias: hoc dixit: quoniaʒ primū in cyprū delata aſſumſit comitem iouis ſacerdotē. cum cōiuge ⁊ liberis ⁊ virginibus. lxx. cuʒ quibus in aphricam defertur. Ignotis applicaʒ ſignificat in quā delata eſt Emo: nō emi legas. Dido quantuʒ taurino corio poſſet circūdare ab Hiarba Getulie rege iouis Garamantidi nymphe filio tm̄ emit terre. vbi chartaginē cōdidiſſe diximus. ¶ Vrbē carthaginem Dido condidit omnium finitimorum conſenſu ⁊ maxime vticenſium: qui legatos miſerūt exhortantes tyrios vt vrbeʒ conderent ea eſt pene inſula habitu ſtadiorum. cccl. muro perpetuo cingitur longitudine ſtadiorum. lx. iugum occupat: qꝺ ī mare a mari porrigitur. in media vrbe arx fuit quā byrſaʒ vocarunt: in vertice eſculapij templum videbat. qꝺ aſdrubalis vxor capta vrbe carthago

Mille procis placui qui me colere querentes.
Neſcio quē thalamis preposuiſſe ſuis.
Quid dubitas victam getulo me tradere hiarbe
Prebuerim ſceleri brachia noſtra tuo.

ſecū cōcremauit. Cū fundamenta vrbis iacerent̄ primū eſt tauri caput inuentū: ſʒ q: ſeruitutē vide retur indicare mutato loco cū equi caput reperiſſent q: belli ſignū videbat̄: menia cōſtruxerūt. Inuidioſa q̄ ſua magnitudine vicinis mouent inuidiā. ¶ Bella tumet hiarbas qui cōtennebat̄ eius cōiugiū bellū Carthaginienſibus minebatur: vt auctor eſt Trogus. Peregrina ⁊ femina: calamitatis eſt ex omnibus amplificatio. Rudes: nō ſatis firmas. Arma quibus menia defendebātur Querētes colere conſpirarunt in me: non ſine querela quoniam mihi tua cā contemti ſunt. Neſcio quem: cum eneam ſignificet ignorantiā fingit vt deteriora melioribus preposuiſſe videatur. Quid dub. pietatem in enea deprimit cuʒ pre ſentib⁹ periculis nō mō bene merita nō eripiat: ſed in illa coniiciat. Getulo hiar. getulia aphrice pars optima a getulia vulcani. ſ. Recte inquit me in ptātē hiarbe cōiicias cū me tibi cōmittere nō dubitariʒ. Noſtra brachia tralatio eſt ab his qui duello ſuperati vincienda prebent membra.

ABER. ☞ Si fuit errāduʒ. q. d. ſi ob vllā rem debuit non ſeruare qḋ Sicheo pmiſerāt. nā in hoc erraui. ¶ Honeſtas pbabiles. ¶ Adde fidē: quaʒ dedit mihi. i. adde quod mihi iurauit pigēdus. ſ. eneas. i. nō erit q̄re pigeat ⁊ turpe mihi ſit ei crediſſe. Durat enumeratis his que enee poterāt facere fidē viri boni: ne culpā i ipſaʒ didonem transferendā diceret dicit ſe eſſe infelicē vſq̄ ad vltimū vite ſpm̄: ⁊ enumerat ſeriē ſuarū infelicitatum. ¶ Nouiſſima vltima. i. vſq̄ ad mortē. ¶ Tenor: perſeuerantia. ¶ Fati: infortunij fatalis. Occidit: incipit enumerare infortunia: inter que primum ponit mortē mariti ſui Sichei: quē miro amore dilexit. Fuit aūt ſicheus Didonis auūcul⁹. vt Iuſt. ſcri. lib. xviij. ſacerdos herculis: q̄ honos ſcḋs a rege erat: qui magnas: ſed diſſimulatas opes habebat aurumq̄ metu regis nō tectis: ſed terre crediderat: quaʒ rē et ſi hoīes ignorabāt: fama tn̄ loq̄bantur itaq̄ pigmaliō oblit⁹ iuris humani auūculū ſuū eundēq̄ ſororis maritū ſine reſpectu pietatis occidit. ¶ Occidit: periit. Mactat⁹: tanq̄ victima interfectus. Ad aras. i. apud aras. Uer. Impius ante aras atq̄ auri cecus amore Clam ferro incautū ſuperat ⁊c. Frater. ſ. meus: qḋ magis eſt dolēdū. Premia nomē ⁊ titulū Exſul agor. narratio eſt reliquaʒ infelicitatū q̄ lʒ de preteritis: tn̄ elegāter fit per pn̄s. vt res nūc geri videatur. Exſul agor expellor a patria: nā crudelitas fratris coegit ea facere ſuadente ſichei imagine: que didoni noctu apparuit ⁊ omne facinus pigmalionis enarrauit. Patriā quā deſerere q̄ſq̄ infeliciſſimū putat. Et feror: amplificatio infelicitatis: dicit eñ ſe non habuiſſe locū certū quo iret: neq̄ etiaʒ tuto nauigaſſe. ¶ Hoſte ſequente. i. fratre pigmaliōne q̄ vite ⁊ rebus meis inſidiat̄ vt hoſtis. inde Uergili. Germaniq̄ minas. applicor: adducor. Elapſa: damnum ⁊ cum difficultate erepta Emo: ſic legendū eſt in preſēti tpe: ſicut ⁊ ſupradicta verba: qḋ etiā rō carminis exigit. nam emi qḋ primā naturaliter pducit nullo pacto legi pōt. qḋ aūt quidāʒ exponūt. emi. i. orna. vt ſit imperatiui modi ſtultiſſimum eſt. ¶ Inuidioſa paſſiue eſt ſignificatiōis. i. q̄bus inuidet̄. Idē. Anna ad ipſam didonē. iiij. enei. ſic inq̄t: Nec venit in mentem quoꝝ cōſederis aruis. Hinc getule vrbes gen⁹ inſuperabile bello. Et numyde infreni cingunt ⁊ inhoſpita ſyrtis. Hinc deſerta ſiti regio. lateq̄ furentes Barcei: belli tument Uergili. Quid bella tyro ſurgentia dicā. Peregrina ⁊ femina ⁊ a fortuna ⁊ a ſexu mouet commiſerationem. Rudes: nouas. Mille. i. multis. numer⁹ finit⁹ p infinito. Coiere: congreati ſunt. Neſcio quē. q. d. ignotū. Suis thalamis. i. cōnubia ipſoꝝ. Quid dubitas. q. d. nō eſt nō talis fortuna mea vt debeā recuſare etiā captiuitatē. Uer. Quid moror: an mea pigmalion dum menia frater deſtruat: ⁊ captā ducat Getulus hiarbas. Getulo q̄ imperat getulie: q̄ eſt ps aphrice. Prebuerimus p pbebo. Sceleri tuo. ecce hoc verba magis phibet qḋ videt̄ cōcedere.

ASCEN. ☞ Durat in extremū. Docet fatale eſſe generi ſuo vt crānis concutiatur ne culpe detur quod neceſſitatis eſt de fuga aūt didonis et tyro habetur ad longum. enei. i. Quod tibi donaui ⁊c. cōſentio. cum ſuperiore cōmentario legendum eſſe emo: q: emi pteritum byſſylabū primā. nec eſt ratio cur in preterito ponatur cū dicat in preſenti applicor ignotis ⁊c. nec obſtat q̄ donaui dixit: nam quia de preterito ſepe quaſi de pn̄ti loquit̄: q̄n dicit applico ⁊ emo litt⁹ ⁊c qḋ donaui. ſ. nō tunc. vñ nō dicit dono: ſʒ poſtea. Urbē cōſtitui Uer. Urbē pclarā ſtatui mea menia vidi. Getulo tradere. nō dices me q: getulo tribus longis cōſtat.

Eſt etiam frater. cuius manus impia poſcit
Reſpergi noſtro ſparſa cruore viri.
Pone deos: ⁊ que tangendo ſacra prophanas
Non bene celeſtes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapſis igne futurus:
Penitet elapſos ignibus eſſe deos
als relinquas
Forſitan ⁊ grauidam Dido ſcelerate relinquis
Parſq̄ tui latitat corpore clauſa meo.
Accedet fatis matris miſerabilis infans.
Et nondum nati funeris auctor eris.
Cumq̄ parente ſua frater morietur iuli.

ANTO. Deus ab impijs tā gēdus nō eſt. ☞ Et frater pigmalion: inq̄t parat⁹ eſt ad exitū. Pone deos: noli tecū ferre deos penates: q̄m impios ſacra tractare non decet erat eñ in legibus ad diuos adeūto caſte pietatē adhibēto. Elapſis igne incēdio troiano liberatis. Penitet: moleſtuʒ eſt te aſſertorē habuiſſe. Parſq̄ tui latitat. Empedocles ſcribit fetum a viro ⁊ femina pariter concipi quod negat Ariſto. a viroq̄ tn̄ ſemen propagari in vtero: nihilq̄ conferre feminam aſſeuerat Infans miſerabilis: pathos ab etate parente: augetur. pathos a nominibus. Una pena: eadem mors. Duos cōnexos: matrem ⁊ filiuʒ. Sed iubet ire deus. ironia eſt. Mercurio diſceſſum eius imputabat eneas quem Iouis imperio mandatuʒ referebat vt in latium nauigaret. Apud Home. Iouis imperio Calipſo Mercurius cogit vt Ulyſſem dimittat. Hoc duce nempe deo. ironiam perficit: Si is eſſet inquit quem ſequeris ſeptem annis per ſummas procellas vexatus. Italiam que reres. Pergam⁹ Pergama aliȷ ilium ipſum aliȷ arcem eſſe tradiderunt. Fuit pergamus minoris aſie vrbs celeberrima regis Attali regia. Non patriam ſimoenta petis: incommoditates et temporis et loci narrat. ſeni. vix ſenex in italiam venies. Hos



Penaq̄ connexos auferet vna duos.
Si iubet ire deus: vellem vetuiſſet adire:
Punica nec teucris preſſa fuiſſet humus
Hoc duce nempe deo ventis agitaris iniquis:
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore
Hectore ſi viuo quanta fuere forent.
Non patrium ſimoenta petis: ſed tybridis vndas:
Nempe vt peruenias quo cupis: hoſpes eris
als vtq̄
Uſq̄ latet: refugitq̄ tuis obſtruſa carinis:
Uix tibi continget terra petita ſeni.
Hos potius populos in dotem ambage remiſſa
Accipe: ⁊ adductas pygmalionis opes.

pprios: vtilia incōmodis ſubiicit. Remiſſa amba. nō ad errores enee referendū eſt: ſed qḋ de iouis imperio cōmentū eſſe arbitrabat̄. Opes Pigmalionis. Seruius in eū locū Uergilij. Portant̄ auari pigmalionis opes. ⁊ hi qui ſeruiū ſecuti ſunt hiſtoriā nō nouerunt. nā pigmalionis opes intelligi volunt ſichei theſaurum: cuius cā pigmalion ſicheum peremerat: qḋ nō recte tenuerūt: nā cū nouiſſet fratris crudelitatē: naues q̄ parate erant vt frumentatū irent: vt quotannis ob annone caritatem conſueuerāt tyrū. Dido cōſcendit abduxitq̄ ſecū magnā nobilitatis partem: cui exoſa erat pigmalionis tyrānis: vt trog⁹ auctor eſt ⁊ Sichei theſaurum ⁊ pigmalionis opes: ⁊ regni fere delicias omnes in Aphricam traduxit.

UBER. ☞ Frater. Pigmalion. Sparſa: fedata. Uiri: mariti mei ſichei quem interfecit. Pone. pro depone. Apheresis. Prophanas: polluis ⁊ maculas tāgendo: q: ab impiorū manibus dīi tangi indignātur inde apud Uergi. Donec me flumine viuo abluero naʒ cruentis manibus tangere ſacra eneas nefas duxit. Nō bn̄ celeſtis. ſnīa eſt rhetorica. Si tu: ſenſ⁹ eſt. dei nolent ſe eſſe liberatos ab incendio troiano: ſi tu qui es impius eras culturus eos elapſos ab incēdio. Ordo ē. deos penitet eſſe elapſos ignibus ⁊c. ſi tu. ſ. ſceleratus ⁊ impius. habet eñ hoc pronomen demonſtratiuū emphaſim. Eras futurus cultor ipſis ereptis. i. liberatis. Igne q: mallent ſe eſſe cōbuſtos q̄ habere talē cultorē. Forſitā. addit aliḋ qḋ poſſit eū mouere ad cōmiſeratione. Relinquas pro relinques. ⁊ melius legit̄ q̄ relinq̄s vel relinques: qḋ ſequēs verbū indicat. nā dixit lateat p latebit vel latere cōtingit. ¶ Pars tui: aliquis filius: q̄ eſt pars patris. Accedet: addet̄. Fatis. i. morti. Miſerabilis: q: nulla culpa ſua morie. Nondū nati. i. filij nōdū editi in lucē. Frater iuli: q̄ erit ex te genitus ſicut iulus. Cū ſua parente. i. mecū q̄ ſum mater ſua. Una pena. i. vna mors. Cōnexos cōiunctos: Sed iubet obectio quā poſſet facere eneas Deus: mercuri⁹: ſic eñ ſe excuſabat eneas: vt apud Uerg. in lib. iiij. enei. Nūc etiā interpres diuū ioue miſſus ab ipſo. Teſtor vtrūq̄ caput ſceleres mādata p auras Detulit: ipſe deū manifeſto in lumine vidi ⁊c. vel certe appollinem verius intelligit cui⁹ iuſſu petebat Italiā: vt ipſe apḋ Uerg. li. iiij. Sed nūc italiā magnā Grineus apollo italiā lycie iuſſere capeſſere ſortes. Preſſa: tecta: calcata. ſic ipſa apḋ Uerg. felix heu nimiū felix ſi littora tn̄ Nūq̄ Dardanie tetigiſſent nr̄a carmine. Hoc duce: hoc dicit Dido: vt eneas min⁹ ſit cupidus parere reſpōſis apollinis: dicit eñ cū cē cāʒ malorū Enee q: dīi ei⁹ reſpōſa vult: ſeq̄: q̄bus iubet̄ venire: agitat̄: iā multis āniſ ⁊ mari ⁊ terra. Ho. ſ. deo appolline. Duce: auctore. Teris: cōſumis. vñ: ipſe in vj. eneiḋ. magnas obeūtia terra. Tot maria intraui duce te penituſq̄ repoſtas Maſſylū gētes. ptentaq̄ ſyrtibus arua. Pergama: troia. quāta: q̄ magna: q̄ florida. Tāto labo. quāto petis. Arua aliena. vñ ipſa apud Uerg. q̄d ſi nō arua aliena: domoſq̄ ignotas peteres et troia antiqua maneret. Troia p vndoſum peteret̄ claſſibus equor. Patriū. i. troianū: ſed vndas Tybridis: q̄ procul eſt ab his locis. vt. i. q̄uis. quo cupis. ſ. ad italiā hoſpes ignot⁹ ⁊ Aduena. Uſq̄. i. ſemp: aliȷ vtq̄ legūt ⁊ melius vt ſit ſenſus. terra quā tu petis: vt latet. i. ſicut eſt remota: ⁊ abſtruſa: ⁊ penitus occulta. Uer. primo geor. Ut ſilicis: venis obſtruſum excuderet ignē. Idē. lib. vj. enei. Querit pars ſemina flāme abſtruſa in venis ſilicis. Uitat: quaſi ſponte fugit: vt Uerg. Italiā petimus fugientē. Uix cōt. n zet: eueniet. Tibi ſeni. i. etiā ſi vixeris multos annos. Hos meos dycticos. Remiſſa p omiſſa. Ambage: circūitu vt longe ambages. Opes pigmalionis: quas pigmalion habere cupiebat ⁊ ſperabat. vnde illud verg. portantur auari Pigmalionis opes pelago. In tyriaʒ vrbem. i. in Carthaginem que tyria a conditoribus appellata fuit.

ASCEN ☞ Non bn̄ celeſtes. Memorabile dictū. Si tu cultor eras: ſenſus eſt: tanta eſt perfidia tua q̄ ſi tu eras futur⁹ cultor dijs penatibus elapſis. i. ignibus ⁊ ruinis: peniteat elapſos. i. q̄ maluerint igne pſumptū eſſe q̄ abs te coli. Sed iubet ire. i. abire deus. ſ. iuppiter mercuriū. vñ Uerg. Nūc etiā interpres diuū ioue miſſus ab ipſo ⁊c. Pergama vix tāto ⁊c. Docet ne troiā quidē repetendā tāto labore quāto italiā fugientē querit. Simoenta a nrō ſimois: ſed vt Ser. docet grece ſcribitur per ei diphthongon ſimoeis: licet ſit ſemper triſſyllabū. His potius populos in dotem: vnde Iuno ad venerē enei. iiij. Dotaliſq̄ tue tyrios permittere dextre.

Ilion in tyriam transfer felicius vrbem:
Inq̄ loco regis ſceptraq̄ ſacra tene.
Si tibi mens auida eſt belli: ſi querit iulus
Unde ſuo partus marte triumphus eat:
Quem ſuperet (ne quid deſit) prebebimus hoſtem
Hic pacis leges: hic locus arma capit.

ANTO ☞ Ilion ⁊ res homīes ab incendio Troiano erep tos intelligit. Sacra: ſceptra reges ſub tutela iouis ſunt. Sceptra quoq̄ nō niſi auſpicato dabantur: vt auctor eſt Dionyſius Si tibi mens aui. eſt bel. inuitat ad cōſiſtendū a gloria: quā ſibi bello parare poterit Hic locus ad carthaginem hoc refert: que pace ⁊ bello oportuniſſima exiſtit. ¶ Tu modo per parte: colligit epiſtolā p deprecationeʒ. Fraterna tela: cupidinis ſagittas: quē enee fratrē diximus. Dardana ſacra deos penates ſignificat et palladium. quos Dardanus e Samothracia in phrygiā aduexit eneas capta vrbe ex arce ſuſtulit: vt ſcribit Dionyſius. Superent: viuāt. ¶ Sit modus firmet̄ troiano excidio tua calamitas. Aſca-

niuſq; ſuos. Aſcanius quẽ primũ Eurilcontẽ nun cupatum diximus: cum. viij. ⁊. xxx. annos albe re gnaſſet mortuus eſt: quã cõdiderat triginta ãnos poſt enee interitũ: vt ex oraculo tulerat. Et ſenis anchiſe. Anchiſes in ſicilia mortuus eſt: ⁊ in Erice ſepultus monte: vbi Veneri genitrici et patri Eneas cõſecrauit templũ. Cato in latiũ delatum Anchiſem tradit. Dionyſius addit illi templũ ab Enea cõſtitutũ cum inſcriptione hac patris diui terreſtris: q̃ fluuij numicij vndas gubernat. Preter amare: nihil in me accuſare potes niſi amorẽ is quoq; dignus ẽ venia. Non ego ſum phthia. odimus nõ modo hoſtes: ſed etiã patriã. Phthia eſt Achillis patria vt diximus. Magnus Mycenis: nõ ſum mycenea. vnde profectus menelaus troiaꝫ ſolo equauit. Vir: paterq; meus: ⁊ ẽ noĩbus amplificat: ⁊ ad hermionẽ videt aſpicere cuius pater Menelaus ⁊ maritus Pyrrhus ad excidiũ troianum militarũt. ❡ Steterãt. in acie cõtra te militarant. ❡ Quodlibet: extenuatio fortune eſt: q̃ ex noĩe ſumit: dicar aut amica aut ſerua: aut quouis viliori noĩe appeller: dũmodo tecum ſim. ❡ Nota aphrũ ſunt freta mihi. a peritia arguit. noui inq̃t maris lybici ſeuitiã. Tẽporibus certis: nõ ad notitiam: ſed ad viciſſitudinẽ referas. Mutant inquit hec freta cũ tẽporibus: ⁊ ad ſyrtes aſpicit: que interdũ nauigabiles ſunt: interdũ auſtro aſpirante aggregantur arenarũ cumuli ſumma nauigantibus pnicie. Cũ dabit aura viã: ventos nõ pſuadere nauigationẽ monſtrat. ❡ Alga ratẽ: tẽpus eſt naues in ſtatione cõtinere. Algã maris excrementum dicimus. Serius ibis: ſed tutius. Tẽpus nauigandi oportunitatẽ. ❡ Nec te ſi cupias: vrgebo te ad diſcedendum: etiam ſi manere velles.

ASCEN. ☞ Ilion. i. res ilienſes. i. ſtatum troianũ: ⁊ regnũ tranſmuta in hãc vrbẽ: ⁊ eſto huius loci rex. ❡ Felicius q̃ troia fuit. Sacra venerabilia: q: oẽs reges erãt ſacri. ❡ Si tibi: ſatiſfacit obiectionibus quas eneas facere poſſet: qd vellet venire in italiã

Tu modo per patrem fraternaq; tela ſagittas
  Perq; fuge comites dardana ſacra deos:
Sic ſuperent quoſcunq; tua de gente reportas. *(als ſuper)*
  Mars ferus ⁊ damni ſit modus ille tui:
Aſcaniuſq; ſuos feliciter impleat annos:
  Et ſenis anchiſe molliter oſſa cubent:
Parce precor domui: que ſe tibi tradit habendam *(als domo)*
  Quod crimen dices: preter amare meum
Nec ego ſum phthia: magniſq; oriunda mycenis
  Non ſteterant in te virq; paterq; meus
Si pudet vxoris: non nupta: ſed hoſpita dicar
  Dum tua ſit dido. quolibet eſſet feret. *(als quodlibet)*
Nota mihi freta ſunt aphrum tangentia littus. *(als frangentia)*
  Temporibus certis: dantq; negantq; viam.
Cum dabit aura viam: prebebis carbaſa ventis:
  Sed leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus ⁊ obſeruem manda mihi: ſerius ibis
  Nec te ſi cupias: ipſa manere ſinam.

vt exerceat ſe ⁊ filiũ aſcaniũ in bellis dicit eñ etiã in illis regionibus dari ei hãc oportunitatẽ. Unde: ex qua cã. ❡ Ne quid deſit. i. vt oĩa habeas. ſ. regnũ ⁊ etiã oportunitatem victoriarũ ⁊ triũphorꝫ. Hic pacis. i. ⁊ paci ⁊ bello cõuenit hic locus noſter. ❡ Tu modo: pmultas adiurationes eñ orat Dido: vt ſui miſereat: ſumit aũt verbũ perfecti ſenſus nſeri⁹. Parce precor domui. Tela fraterna. i. arma cupidinis fratris tui. ❡ Deos penates. Sic adiurantis eſt: vt ſepius diximus. ❡ Superẽt. i. vincãt. Nã ſuperare interdũ vincere vt hic: interdũ ſupereſſe ſignificat: vt apud Verg. li. iij. Quid puer aſcanius ſuperat ne: Et Iuuc. Et qd ſuperauerat vnũ velo prora ſuo. ❡ Ille. Mars illud bellũ ſcilicet troianũ Sit modus: ſit finis. Tui dãni. i. vltra illud bellũ nullũ vnq̃ patiaris damnum. ❡ Suos natura vel fato ſibi debitos. Sic ſupra briſeis ad achillem. Numeq̃ ſit oẽs Peleus pater impleat annos. molliter: talia enim mortuis precari ſolebant. Iuuc. Dĩ maiorũ vmbris tenuem ⁊ ſine põdere terram. ❡ Cubent. i. quieſcãt. Domui. ſ. mee. ❡ Habendã poſſidendã. ❡ Tibi: ⁊c. ſic apud Vergi. Miſerere domus labentis. ❡ Quod quaſi dicat. nullũ. ❡ Non ego: dicit ſe nõ fuiſſe hoſtem Troiani noĩs: nec natam ex locis hoſtilibus Phthia: vrbe theſſalie: vnde achilles nõnunq̃ phthius dicitur cuius omnes ex vrbe oriũdi merito debẽt eſſe odio troianis. Oriuuda. ideſt orta. nomen eſt: non autem participium. Micenis vnde agamennon ⁊ menelaus fuerunt. ❡ In te: contra te: ſic apud Verg. iiij. enei. Non ego cum danais troianam exſcindere gentem. aulide iuraui: claſſem ve ad pergama miſi. Si pudet vxoris. ideſt ſi pudet te habere me nomine vxoris. Hoſpita: peregrina ⁊ amica. Quelibet. ideſt ſub quauis conditione. ideſt. ⁊ ſerua ⁊ amica. Dum pro dummodo. Nota mihi: arguit a natura maris lybici non eſſe nunc nauigandum: ſed differendum. Frangentia: percutientia. Certis quibuſdam non omnibus. Viam. i. oportunitatem eundi. Leuis: vilis. Eiectam: ad littus ſubductam. Alga: herba maris que in tẽpeſtate tollitur ſuper vndas: ⁊ interdum moratur nauis. ❡ Manda: cõmittere: ⁊ da hãc curam. Serius tardius: vt eas tutius. ❡ Nec ſentiam. i. nõ patiar. et permittã te manere hic. Si id. ideſt q̃uis Cupias ideſt velis. quia hortabor te vt eas cum venti poſcent. Et ſocij. alia ratio quare debeat differre diſceſſum vt ⁊ ſocij recreẽtur: ⁊ naues quaſſate reficiantur.

ASCEN ☞ Parce precor domui. enei. iiij. Si bene quid de te merui: fuit: ⁊ tibi quicq̃ dulce meum: miſerere domus labẽtis ⁊c. Non ego ſum phthia. ſic primo enei. Cum domus aſſaraci phthiam claraſq; mycenas. Seruitio premet non ergo legendum eſt phithiam. ❡ Quolibet eſſe feret. i. patietur quolibet: ſcilicet modo. ❡ Nota aphrũ Mox re oratio iuxta preceptum rhetoricum eque validiſſima: parcat argumenta nouiſſimo loco reperit: ſcꝫ vt oportunam expectet nauigationem: ad quam ſe illi profuturam pollicetur.

ANTO. ☞ Pro meritis: deprecatio altera eſt ſumpta ex beneficijs. Tempora parua: exiguã morã. ❡ Mitteſcunt: ſiũt trãquilla: tralatio eſt a pomis. Amor dum temperat vſum: conuertenda ſententia eſt

Et ſocij requiem poſcunt: laniataq; claſſis
  Poſtulat exiguas ſemirefacta moras.



Pro meritis: ⁊ ſi qua tibi debebimus vltra:
  Pro ſpe coniugij tempora parua peto. *(als tempora)*
Dum freta miteſcunt: ⁊ amor dum temperat vſum
  Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.
Sin minus: eſt animus nobis effundere vitam
  In me crudelis non poteſt eſſe diu.
Aſpicias vtinam que ſit ſcribentis imago.
  Scribimus: ⁊ gremio troicus enſis adeſt.
Perq; genas lacrime ſtrictum labuntur in enſem
  Qui iam pro lacrimis ſanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera noſtro.
  Inſtruis impenſa noſtra ſepulcra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo
  Ille locus ſeui vulnus amoris habet.
Anna ſoror ſoror anna mee mala conſcia culpe
  Iam dabis in cineres vltima dona meos.
Nec conſumpta rogis inſcribar eliſſa ſichei
  Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
Prebuit eneas ⁊ cauſam mortis ⁊ enſem
  Ipſa ſua dido concidit vſa manu.

non vſu tẽperatur: ſed conſuetudine amor. ſ. tempeſcere conſueuit. ❡ Triſtia: tui diſceſſus dolores. ❡ Sin minus demonſtrat quid de ſe futurum ſit ſi quod petit nõ impetrarit: ſi non reſtiteris inq̃t me trucidare cõſtitui. ❡ Effundere ad ſanguineꝫ aſperit: cum quo vitam effundi certũ eſt: aſpicias vtinã pathos a corpis habitu. Troicus enſis: enſem Didoni eneã dediſſe Verg. mõſtrat cum dicat Conſcẽdit furibũda rogos enſemq; recludit dardaniũ non hos queſitũ munus in vſus. Quã bene conueniũt nulla hic ironia eſt ſed facti conceſſio. Meo exitui: cõuenit datus enſis: cõſtituerat vt diximus: de morte. ❡ Fato legas nõ facto Inſtruis noſtra ſepulcra. Ac eas exequias ornas. breui impẽſa vnius enſis munere in exequias munera cõferebantur: quas Ro. in templo veneris libidine curabant: vt Plutar. autor eſt. Impenſa ⁊ expenſum dicimus: quoniã apud veteres cum non eſſet vſus ſignati eris: id pẽdebãt. Telo: ambiguo verbo vſus eſt. nam ⁊ ad enſem enee ⁊ ad ſagittas cupidinis referri poteſt. Ille locus: pectus ſignificat anna ſoror ad abſentẽ ſororẽ: eſt apoſtropha: quã cũ ſe vellet trucidare ſub cõmẽto res magicas defendẽdi a ſe dimiſerat. Male in meũ exitiũ meos cineres: cũ poſt rogũ cinis ero. ❡ Ultima dona: vrnam qua tegerentur cineres ſignificat. Eliſa ſichei ſolet partos moneri etiam a ſepulcrorum titulo: quẽ epitaphion greci dicũt: vt illud eſt de culice Vergilianũ elogiũ Parue culex cuſtos pecudũ nil tale merenti. Funeris officium vite p munere reddo cauſaꝫ mortis: ennianũ cõmentũ eſt. nam dido nõ enee cauſa ſe peremit: ſed cuꝫ a ſuis cogeretur Hyarbe nuptias inire tres menſes ad perficiendam rem petijt: conſtituto tempore inſtructa pyra in eminentiori vrbis parte conuocatoq; populo dixiſſet ad virum ire ſeipſam trucidauit. vt Trogus auctor eſt. epitaphiũ Didonis.

ASCEN. ☞ Socij tui feſſi fatigati. Verg. lib. j. enei. Defeſſi eneade que prima littora curſu Contendũt petere: ⁊ lybie vertuntur ad oras. ❡ Laniata ventis quaſſata Vergi. Quaſſatã ventis liceat ſubducere claſſem. Semirefacta: non plene inſtaurata exiguas moras: exiguum ſpatium morandi. Pro meritis: pro beneficijs in te collocatis: vt ipſa apud Maronẽ. Si bene q̃d de te merui. ❡ Si qua debemus vltra. i. pſtare debebim⁹ vltra hec q̃ iam pſtitimus. pro ſpe cõiugij. Ver. per cõnubia noſtra. p inceptos hymeneos. tẽpora parua peto. ſic apud Ver. Tẽpus inane peto requiẽ ſpatiũq; furori. Et amor dũ temperat vſum. i. dũ aſſuetudine amor ſit tolerabilior: ſic Verg. Dũ mea me victã doceat fortuna dolere. amoris eñ ⁊ fortune iniuria ⁊ aduerſitas vſu fit tẽperatior. Ediſco: conſueſco. ſin minus. i. ſi nõ ſubaudi pſtiteris hoc paruũ tẽpus. ❡ Eſt anim⁹: eſt firma diſpoſitio. Effundere vitã. i. mori. Diu q: cito moriar: ⁊ tua crudelitas nõ poterit nocere mihi mortue. Imago ſpẽs. vel aſpectus q̃. i. qualis troic⁹ tuus quẽ mihi reliquiſti. Verg. Enſemq; relictũ. ſtrictum. Pro lacrimis: loco lacrimarũ. Tinctus: maculatus. Quam bene irriſiue. Fato noſtro. i. morti noſtre. Inſtruis: ornas. Nũc primum q: etiã antea percuſſa. Ille locus. i. pectus meũ. Vulnus amoris. Verg. At regina graui iãdudũ ſaucia cura Vulnus alit veneris. Anna ſoror. cõmiſeratione vertit ſermonẽ ad Annam: quã dicit cito executurã funus eius. Male: q: mihi pdeſſe nequiſti. Conſcia culpe: nam vt apud Vergi. ei amorẽ ſuum detexerit. Anna: fatebor eñ miſeri poſt fata ſichei coniugis ⁊c. Culpe amoris ſecũdi mariti quã culpã appellauit: vt Ser. voluit: q: antiquo ritu bis nupta a ſacerdotio repellebat: ſed melius placet culpã dici pter fidẽ nõ ſeruatã priori marito: vt apud Vergi. Nec ſeruata fides cineri pmiſſa ſicheo. Iam: mox: cito. Ultima dona: exequias que ⁊ iuſta dicũtur. Conſumta rogis. i. combuſta ignibus rogalibus. nec inſcribar Eliſa ſichei. ſ. vxor. nam in mulierũ epitaphijs ſcribebãtur noĩa maritorꝫ ſuorꝫ. Lucanus. Liceat tumulo ſcripſiſſe Catonis Martia. nõ vult ergo inſcribi vxor ſichei: q: nõ fuit ei fida vxor. Hoc tamẽ: legitur etiam tñ ⁊ melius. i. ſolũmodo. Cauſam: quia decepit. Et enſem: q: reliquit enſem quo ſe interfecit. Ipſa: per ſe. Concidit. mortua eſt. Secundũ fabulas dido pter diſceſſum enee ſe interfecit gladio quem eneas reliquerat apud eam: licet Ser. dicat q̃ ſm hiſtoriã cũ Hiarbas didonẽ vxorẽ petiuiſſet: ⁊ illa negaſſet: intulit bellũ carthagini: cuius timore cũ cogeretur a ciuibus petãt: vt ante placaret manes mariti: ⁊ edificata pyra ſe in ignẽ precipitauit: ob quã rem dido. i. virago appellata eſt. nam pprie Eliſa dicebatur. alij tamẽ dicũt eam didonem viraginẽ dictã: q: dux fuit tot viris ſecũ euntibus vt vrbẽ in alieno ſolo condidit. vnde Verg. de ea quaſi per admirationẽ tanti animi dixit. Dux femina facti.

ASCEN ☞ Et amor dum temperat vſum. Sic quarto eneidos. Tempus inane peto: requiem ſpatiumq; furori. Dum mea me victam doceat fortuna dolere. ❡ Quam bene cõueniunt fato tua munera noſtro. enei. iiij. Ex perſona p octe cõtra dicatur. Non hos queſitũ munus in vſus ſeriſitur telo: ſignificat ſe percuſſam telo amoris ⁊ percu-

tiendam a ſe telo letali. Ille locus docte hoc excogitauit poeta. Nam ſolent ſontes puniri etiam in hac vita in his membris quibus peccarunt: vt paraſiti in ventre. vnde ingere in ventrem claſſes inquit comicus. Vaniſſo qui in ore ſicut ligus quidā apud Ver. lubrici amatores in oculis: vt in eunucho patet. Meticuloſi in p̄cordijs: vt apud Home. therſites ſceptro contra precordia percuſſus. Amatrix ergo: que corde peccauit corde vulnus ſuſceptura eſt: anna ſoror. Idē fere enei. iiij. reperies vnde ſuperſedeo.

¶ In octauam epiſtolam argumentum.

ANTO.
Tātalus.

Tantalus plato nympha ex ioue genitus: ex Taigete: ſeu vt alij volunt Penelope niobē ⁊ penelopē ſuſcepit. Ex pelope ⁊ hyppodamia oenomai Lyſindice atreus Theſtes ⁊ pliſtenes naſcuntur. ex europa Pliſtenes Agamēnonē et menelaum genuit Menelaus ex captiua Lidia agapenthē. ex helena Tyndari Hermionem: q̄q̄ dictis ſamius in expōne Lycoponis ex Theſeo et helena hermionem natam tradit: agamennō ex Clytemneſtra filias habuit: quā et Iphianaſſam Lucretius appellat chriſothemim: laudicē: ⁊ electrā. Filios vero aleſum ⁊ Oreſtē. Tyndarus cui Menelaus ad bellū troianū maturās: domū cō mēdarat. Oreſti hermionē deſpōdet: eandē Menelaus in caſtris pyrrho achillis filio collocat inſcius pacti cum Oreſte coniugij Spartā reuerſus pyrho illam tradidit Phthiā in theſſaliā: ſiue vt alij volūt in Epyrū ducit. Sed cū pyrrhi cōnubiū atq̄ ſcdas nuptias odiſſet: oreſtē vero ⁊ patruelē et cōiugē adamaret: clā p nunciū monuit facile poſſe a pyrrhi iniuria liberari. vnde Ouid. eſt cōmentus epiſtolā. Nā poſt matris cedē Oreſtes purgatus furore Myceniis cōmorabat intelligit Pyrrhum delphos petiſſe apollini vt gratularet: qm̄ patris cedem vindicaſſet: mittit exploratores: negant reuerſi delphis eſſe. Oreſtes ipſe profect⁹ ad indagandā rē poſtridie redit negotio pfecto. Nā paulopoſt cum pyrrhus trucidatus reperit: vulgatus eſt ſermo id factū eſſe oreſtis inſidijs: quoniā Hermionem cōfeſtim ad ſe receperit ex qua filios ſuſcepit Tiſamenum corinthū ⁊ oreſtē.

Hermiōe

Pyrrhus. Pyrrhus Achilleides: ex achille ⁊ dyadamia Lychomedis ſcyriorū regis natus eſt neoptolemus quē a criſpa ceſarie Pyrrhū nuncupatū ſcribit plutarchus: q̄q̄ latini noſtri ⁊ maxime Ennius pyrrhū dixerunt litere cōmutatione. ¶ Animoſus: ex Home. eſt qui ſemp achillē magnanimū appellat. eſt animoſus animi vehemētis ⁊ elati ſpūs. pponit q̄rele cām. Pyrrhus inq̄t cōtra humana diuinaq̄ iura me retinet. ¶ Qđ potui: ex violentia Pyrrhi ſuum cōmendat officiū. Cetera aut euadere aut illum ſuperare. Manus feminee: excuſatio a ſexu cum ſim femina ſolo animo illi obſtiti. Cetera diſtuli corporis imbecillitate. Quid facis eacide. quali ſit vſa obiurgatione commemorat: Eacides

Eacus. Eacus iouis et aegine eſopi filius ex Euclyde ſciro nis tres filios habuit Peleū Thelamonē ⁊ Phocū. Ex peleo ⁊ thetide natus achilles: qui pyrrhū ex deidamia Lycomedis: vt diximus genuit. Non ſum ſine vindice: habeo qui me poſſit ex hac contumelia liberare.

Vindex. Vindex eſt qui ex ſeruili cōditione in libertatē vindicat. A vince ſeruo ex vrbe ſetia: qui qm̄ coniurationem vitelliorum de reducēdo Tarquinio detexit liberatus eſt. hinc ⁊ vindicie dicūtur ſentētie que in libertatem aſſerunt. Sub ſuo domino: non tua ſum ſed Oreſtis. Surdior ille freto: in odium Pyrrhum trahit. exponit eīm que in eam crudeliter fecerit. Inornatis comis. pathos ab habitu corporis. Parcius andromachē: exemplo auget iniuriā.

Andromache. Andromachē Hectoris vxorē ſorte pyrrhus accepit: ⁊ ex ea duos filios genuit: moloſum ⁊ piplcum. Heleno poſt illius interitum ceſſit. Achaiam regionē p perſona vſurpat. Phrygias opes: troianas res: licet greci troiam ſubuerterint: ege tamē veror indignius q̄ ſi phryges lacedemoniā expugnaſſent. At tu cu. mei facto ad id quod fieri debet ⁊ cupit deſcendit.

ABER. Pyrrhus achilleides. Hermione Menelai ⁊ Helene filia fuit. Hec admodum puella a Tyndareo auo materno oreſti agamemnonis filio ⁊ patrueli ſuo deſponſata eſt. Menelaus vero eius pater huiuſdeſponſationis ignarus cā pyrrho deſpondet qui tandem a bello troiano reuerſus oreſti hermionē rapuit ⁊ eam per vim tenebat: cū illa mallet eſſe oreſtis q̄ pyrrhi vxor. Quare hermione ſcripſit ad Oreſtem hanc epiſtolam: qua eum rogat: vt eam eripiat pyrrho ⁊ non patiatur eam eſſe in vinculis apud pyrrhum: ⁊ ita crudeliter tractari: adducit autem rationes plurimas quare id facere debeat: et adduci



## ¶ Hermione Oreſti Epiſtola.viij.

als achillides

Pyrhus achilleides animoſus imagine patris.

Incluſam contra iuſq̄ piumq̄ tenet.

als teneret.

Quod potui renui: ne non inuita tenerer.

Cetera feminee non valuere manus:

Quid facis eacide: non ſum ſine vindice: dixi

Hec tibi ſub domino eſt pyrrhe puella ſuo.

Surdior ille freto: clamantem nomen oreſtis

Traxit inornatis in ſua tecta comis

Quid grauius, capta lacedemone ſerua tuliſſem:

Si raperet graias barbara turba nurus

Parcius andromachem vexauit achaia victrix

Cum danaus phrygias vreret ignis opes

At tu cura mei ſi te pia tangit oreſte.



ipm pyrrhū in odiū ⁊ inuidiā oreſti. ⁊ poſtremo adiurat ſe aut morituram: aut venturā in cōiugiū oreſtis: qđ q̄dez aſſecuta eſt. nā oreſtes interfecto Pyrrho eā tādē recepit: ⁊ vt quibuſdā placet ſociā in oēs caſus etiā habuit: ex qua etiā oreſtē filiū ſuſcepit. ¶ Achilleides: fili⁹ achillis. ei aūt: nā nos in i lōgā vertim⁹: ſic poeta diuiſit. a gtō eīm achillei achilleides fecit nō achillides: lʒ etiā achillides legi poſſit. dr aūt ⁊ achilles: ⁊ achilleus in ntō. Nat⁹ eſt aūt pyrrhus ex achille ⁊ deydamia filia Lychomedis regis Scyri inſule quo tpe achilles apđ eū ſub puellari habitu educabat. ¶ Animoſus: audax vel iracūdus. Imagine pris. Verg. inſtat in patria pyrrhus. Cōtra ius. Cōtra humanas leges. Cōtra piū. i. cōtra religionē ⁊ deoꝝ inſtitutū. nā pietas debet deis. Nep vt. Qđ potui. i. quantū potui. ¶ Renui. i. recuſaui. Inuita: cōtra voluntatē. Cetera: p̄ter renuere. ¶ Feminee. ⁊ ideo imbelles: vindice vel vltore: vel defenſore. vt Luca. de pōpeio. Vindexq̄ ſenatus Sub ſuo dn̄o. nō ſub te: q̄ alterius iā ſum dicata cōnubio. Surdior: q̄ ſicut mare nō audit p̄cātes: ita ille multominus audiebat me ſupradicta dicentē. Clamantē: vocantē: quaſi mihi auxilio eſſe deberet. ¶ Inornatis: ſolutis ⁊ laceratis. Quid gra. q. d. mihi dicit ſe nō eſſe in deteriori cōditione: quaſi capta lacedemone vrbe ſua facta fuiſſet captiua. Parcius: modeſtius ⁊ mitius. Vexauit: agitauit. Victrix: q̄ iure victorie poterit eſſe ſenior. Cū danais. i. troia igne greco cōſumeret. Phrygias opes. Sic Verg. Troianas vt opes. erat enim Troia ditiſſima regio. Cura: amor.

ASCEN ☞ Pyrrhus achilleides ⁊c. Nōnulli codices ſic auſpicātur ſeu incipiunt. Alloquor hermione nup fratreq̄ virūq̄. Nūc fratrē: nomē cōiugis alter hʒ. In q̄bus q̄dē verſiculis vr̄ phraſis ouidiana: nec ſunt a negotio abhorrētes. In principio aūt narrationis cū purgatione ſui fatet violētiā ſibi factā. Sed ab eo cui facile reſtitiſſe nō potuit. ¶ Pyrrho videlicet achillis filio ⁊ imitatoris: addit tñ ſe illi reſtitiſſe quaten⁹ potuit. Nomen oreſtis quaſi in eo pōdus ſit terroris. Achaia victrix: ideſt ipſe grecus. ¶ Victor. qui eā Heleno p̄miſit habendā: vt patet enei dos tertio. At tu Oreſte ſuauiter deponit: ſcilicet in vocatiuo propriorum: vt achille: Vlyſſe: Oreſte: Chreme.

Inijce non timidas in tua iura manus.

An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis

Arma feras: rapta coniuge lentus eris:

Sic ſocer exemplo nupte repetitor adempte:

Cui pia militie cauſa puella fuit.

als ſediſſet

Si ſocer ignauus vacua ſtetiſſet in aula

Nupta foret paridi mater: vt ante fuit:

Non tu mille rates: ſinuoſaq̄ vela parabis.

Nec numerum dana militis: ipſe veni.

Sic quoq̄ erā repetēda tamen: nec turpe marito eſt

Aſpera pro caro bella tuliſſe toro.

Quid quod auus nobis idem pelopeius atreus,

Et ſi non eſſes vir mihi: frater eras.

Vir precor vxori: frater ſuccurre ſorori

Inſtant officio nomina bina tuo

Me tibi tyndareus vita grauis autor ⁊ annis

Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.

At pater eacide promiſerat inſcius acti

Plus quoq̄ qui prior eſt ordine poſſet auus.

Quum tibi nubebam: nulli mea teda nocebat

Si iungar Pyrrho: tu mihi leſus eris.

Et pater ignoſce noſtro Menelaus amori

Succubuit telis prepetis ipſe dei

ANTO. ☞ Inijce manus: vindica me ab hac contumelia ſi me amas. Stabulis armēta: propoſitū a ſiki p bat: inter epios ⁊ pilios: pro abactis armētis pugna geſta eſt: q̄ Irmoneus vir ſtrēnuus. Neſtoris

Irmone⁹. manu cecidit. Eris lentus: a pugna ceſſabis. Sic ſocer exēplo: menelaū ſigt: q̄ p rapta helena troiā diruit. Nō tu mille rates: locus a facili: nō eſt opus exercitu aut magna claſſe: vt me habeas. ſic quoq̄ erā repetēda: ab honeſto arguit: nō erat dānabile: ſi vxoris cā mouiſſes bellū. Quid qđ auus: ſuaſio a cognatiōe. Oreſtē hermionēq̄ duxiſſe a pelope originē diximus in argumēto: ſʒ illud nō omittēdū: nō atrei filios fuiſſe Menelaū ⁊ Agamemnonem ſʒ plyſtenis. ¶ Eras: frater erat Hermiones patruelis ante coniugiū Oreſtes. Officio qđ eſt: vt me ab hac cōtumelia vēdices. Me tibi tyndareus locus a iuſto: poterat: me auus tyndareus tibi deſpondere: cui erat domus ſumma auctoritas. Ex

Tyndareos. thucydide verbū expſſit: apud quē ſemp eſt thyndareos. Inſci⁹ acti: me tibi nupſiſſe ignorabat menelaus. Qui prior eſt ordine: pater primus eſt in cognationis ordine: q̄ ſi nō ſit emancipatū ius eſt apud auū q̄q̄ maternus auus nullā in filie liberos habeat ptātē. Tyndarus tñ illi domus curam

Prepes. tradiderat Menelaus ad bellū troianū pficiſcēs in nepotes arbitriū habuiſſe vr̄. ¶ Prepetis dei: cupidinem ſignificat: quē alarum pernicitate impetere conſtat. Dicimus eīm prepetes: vt Hygin⁹ ſcripſit. aues in augurijs que priora impetunt: et ſi poete id aliter vſurpant. Tu mihi qđ matri pater eſt cōtentio eſt per cōparationē: oſtēditq̄ pyrrhū genere ⁊ rei militaris ſcientia ab oreſte ſuperari. Dardanias pres. Pyrrhus inquit eſt in ea conditione qua paris phrygius. Tu vero menelai ptes agas. Patris: achillem ſignificat. ¶ Parentis potes inquit agamēnonis patris tui facta iactare: qui grecorū omnium in expeditione troiana extitit imperator.

ABER. ☞ Inijce manus: verbū eſt iuris dr enim inijcere manus qui nulla iudicis auctoritate expectata rem ſibi debitam vendicat. Verg. x. enei. Iniecere manus parce teliſq̄ ſacrarunt euandri. In tua iura. ideſt in me vindicandam que ſum tua. an ſi quis. arguit a minori ad maius: ſi enim pugnatur pro armentis ratis: multomagis pugnandū eſt pro vxore. Lentus: piger. eris. q. d. non. Sic ſocer. arguit ab exemplo. ¶ Socer Menelaus pater meus: ſocer tuus. Nupte: helene matris mee vxoris ſue. Adempte: rapte a paride. Foret ſcilicet ſi fuiſſet lentus ⁊ non curaſſet repetere erā armis

Et ante:ſcȝ fuit nupta. Nō tu:arguit a facili quod oreſtes ſine claſſe et exercitu eam repetere poſſit. Mille. Verg. Nō anni domuere decē: nō mille carine. Ipſe.i.tu ⁊ nō alius ꝓ te. Sic:ſcȝ cū claſſibus et numero militū ſi opus eſſet. Nec turpe:imo honeſtū: pro caro toro.i.ꝓ cara cōiuge. Quidq̄d arguit nūc a cōſanguinitate:qđ ſi iure coniugij nollet Oreſtes eā repetere. Dicit tñ cū id facere debere iure cōſanguinitatis. Erant eñ Oreſtes ⁊ Hermione patrueles.i.nati ex duob⁹ fratrib⁹: ⁊ ſic eū= 
Atreus. dē habebāt auū. Atreus pater dr̄ fuiſſe agamēnonis pr̄is Oreſtis ⁊ Menelai patris hermiones:ergo auus erit vtriq̄. Pelopeius fili⁹ Pelopis: poſſeſſiuū ꝓ patronymico. Pelops aūt filius Tantali genuit atreū ⁊ Thyeſtem. Atreus agamēnona ⁊ menelaum: Thyeſtes ꝓo ex pelopeia filia genuit egiptum:q̄ poſtea adulter fuit Clytēneſtre. Sit:q̄uis. eras frater.i.patruelis.nā in hoc ſignificato ſepe ponit̄ ⁊ frater ⁊ ſoror. Vir.i.tu maritus Inſtāt offi.tuo.i.vrgent te ita facere. Bina no.ſcilȝ ⁊ mariti ⁊ patruelis ſiue fratris. Me tibi:ꝓbat ꝙ ei ſit legitime nupta. Tyndare⁹:auus me⁹ maternus:nā pr̄ fuit helene. Grauis:venerabilis ⁊ dignus auctoritate. Vita:honeſtate viuēdi. Et an. q: iā ſenex:laudat aūt eū ne fortaſſe obijciat̄.ꝙ temere hoc fecerit. Arbitriū ptāte. Neptis.i.mei q̄ nata ſum ex ei⁹ filia. Eū tibi:alia ratio honeſti matrimonij:quia primum nupſit ipſi Oreſti:cum nulli faceret iniuriam: nunc autem dicit ſe facturam iniuriā Oreſti:ſi eo dimiſſo nupſerit pyrrho. ¶ Leſus:iniuria affectus. Et pr̄:cōtra id qđ poſſet obijci:ſcȝ Menelaū:q̄ eā pyrrho ꝓmiſerat nō eſſe paſſurum vt nubat Oreſti. Ignoſcet:dabit veniā. Succubuit:victus eſt. Preperis:alitis:vel volucris:vt Vergi. et prepetis omnia penne. Dei cupidinis. Genero:tibi. ¶ Mater mea:helena. Sub exēplo:q: qđ ꝓpter eā fecit pater:licebat tibi ꝓpter me facere. ¶ Tu mihi:ideſt ſicut pr̄ meus eſt legitimus marit⁹ matri mee helene.ita tu mihi. ¶ Quas egerat olim.i.ſicut paris nō legitimus cōiux erat matri mee ſȝ raptor:ita ⁊ pyrrhus agit eas partes:ſcȝ raptoris. Quas Dardanius.i. paris olim cū habebat apud ſe matrem meā partes:officia ⁊ nomina. Ille licet cōſiliat ſibi amorē Oreſtis preponendo cū pyrrho. ¶ Sine fine:infinite. Patrijs.ideſt paterni. Et tu:ideſt.etiam tu. ¶ Que referas:ideſt que poſſis memorare.

Quem ſibi permiſit:genero concedet amorem

Proderit exemplo mater amata ſuo.

Tu mihi ꝙ matri pater es quas geſſerat olim

Dardanius partes aduena pyrrhus agit.

Ille licet patrijs ſine fine ſuperbiat actis:

Et tu que referas:facta parentis habes.

ASCEN ☞ Ignauus.i.ſine induſtria.iners:⁊ ad nullū opus vtilis:ſediſſet ſcȝ reſedet deſidioſus:nec legendum eſt ſteriſſet.quia verſus non ſtaret nec ſententia tam congrua eſſet:in aula vacua.i.vacuata coniuge ſua helena quā paris rapuerat. ¶ Non tu mille rates. Tot enim in expeditione troiana fuiſſe perhibentur Verg. enei.ij. Non mille carine non anni domuere decem. Sic quoq̄ eram.i.etiam cum tanto numero nauium:quanto mater Helene:ſcilicet repetita eſt. Me tibi tyndareos.nititur probare:quia illi legitimus ſit coniux.deſponſata ſit ꝑ auum maternum:cui pater poteſtatem fecerat. Tyndarus enim pater fuit helenes ſaltem putatiuus. Vnde tyndaris dicta eſt licet Iouis filia cenſeatur Sane a quibuſdam grecis dicitur hic Tyndareos vt a tucidide quem nunc ſequitur poeta:idem tamen ⁊ tyndarius dicit̄. Arbitrium neptis.nō tamen q: auus:nō auo materno nō competit ius in nepotes.ſed quia poteſtatem iuſq̄ fecerat illi domus ſue abiens pater. aut certe artificioſus eſt error vt ſignificet ingenioſus poeta mulierem amoris ꝙ iuris peritiorem eſſe:aut caliditatem mulierum doceat que quod volunt quouis colore perſuadere moliuntur. At pater:ſcȝ menelaus promiſerat eacide.i.achilli eacidi nepoti:ſed inſcius acti. Et pater ignoſcet:vt expertus vim amoris:quia ſuccubuit telis preperis.i.prepetibus pennis volātis:dei.ſ.amoris ſeu cupidinis. Ille licet:cōparat genus oreſtis cū genere pyrrhi illiq̄ prefert.

ANTO. ☞ Tantalides. Agamennonē ſignificat: quem a tantalo originē ducere expoſuimus. Hic de achille pyrrhi patre intelligit. Quintus a Ioue. Iuppiter (vt diximus) Tantalum: tantalus Pelopen: pelops Pliſtenem:pliſtenes Agamennona. Agamennon Oreſten genuit. arma inuidioſa tuliſti confitetur in oreſte crimen. Sed tu quid faceres. defenſio:eſt a neceſſitate: cum mater interemiſſet agamennona:vt patrem vlciſcereris neceſſarium fuit matrem perimere. apud Hom. Protheus in odyſſea narrat Menelao egyptū in conuiuio aga-
Texta. mennonem trucidaſſe. Tragici ſcribunt textam ſine exitu Clitenneſtram agamennoni tribuiſſe:ea implicitum aggrediente egypto fuiſſe peremptū: quibus adſtipulatur Ouidius. cum di. Induit illa patrē. Induit texta:vt ſe indueret prebuit:qua implicitus iugulatus eſt. Materia meliorē.h oneſtiorem cauſam te habere voluiſſem. Non lecta eſt non voluntate: ſed neceſſitate contra tuos arma tuliſti. Hanc tamen impleſti: neceſſariam cauſam perfeciſti.hoc eſt patris interitum vindicaſti. Nā oreſtes collecta ex creta et athenis manu opitulante Stopho cuius filia antea egypto nupſerat contra myceneos mouit exercitum aberat agyptus: captis mycenis clytenneſtram matrem peremit. deinde cum rediret egyptus: exceptus inſidijs trucidatur. Tecta: paternam regiam vbi ipſe prius patrem tuum peremerat. Vertit in crimina.accuſat qđ laudandum eſt facinus. Rumpo

Tantalides omnes:ipſumq̄ regebat achillem

Hic pars militie dux erat ille ducum.

Tu quoq̄ habes proauū pelopē:pelopiſq̄ parentem

Si melius numeres a ioue quintus eris:

Nec virtute cares:arma inuidioſa tuliſti

Sed tu quid faceres:induit illa patrem

Materia vellem fortis meliore fuiſſes.

Non lecta eſt operi ſed data cauſa tuo.

Hanc tamen impleſti.iuguloq̄ egyptus aperto

Tecta cruentauit que pater ante tuus:

Increpat eacides:laudemq̄ in crimina vertit:

Et tamen aſpectus ſuſtinet ille meos:

Rumpor ⁊ ora mihi pariter cum mente tumeſcunt

Pectoraq̄ incluſis ignibus vſta dolent:



Hermione coram quiſquam ne obiecit oreſti:

Nec mihi ſunt vires nec ferus enſis adeſt.

Flere licet:certe flendo diffundimus iram:

Perq̄ ſinus lacrime fluminis inſtar eunt.

Has ſemper ſolas habeo:ſemperq̄ profundo:

Hument inculte fonte perenne gene.

Hoc generis fatum quod noſtros errat in annos.

Tantalides matres apta rapina ſumus.

vexor opprobrijs quibus iure vtit̄ Pyrrhus: cum matris cedē obijcit. Quiſq̄ ne obiecit:exprobatione vſus eſt ſi poſſem (inquit) tua facinora tibi et impune exprobaſſet nemo. Nec mihi ſunt vires. Excuſatio a ſexu ꝓfundo largiſſime emitto. Humēt inculte.duo exprimit ⁊ ſleo ⁊ inculta ſū. Hoc gn̄is factū qđ in gn̄e Tātali erāt dānabile fato imputa: Errat in nr̄os ānos:nr̄a tēpeſtate ſeuit.i.ꝙ puelle ex genere tantali rapiant̄.

ABER. ☞ Tantalides.i.agamennō. Longe repetitū patronymicū ſicut ex ſupius cōmemorata genealogia pȝ Ipſumq̄:hȝ emphaſim hoc ꝓnomē.q.d.etiā ipſȝ achillē quo pyrrhus tā ſupbit. Hic.ſ. Achilles Erat ps milit e.i.vnus ex militib⁹ ⁊ ducib⁹ q̄ erāt ſub agamēnone. Ille. agamēnō pr̄ tu⁹. Erat dux ducū:q: oēs duces ei parebāt. Verg. Ipſe myceneus magnorū ductor achiuū. Proauū.ſicut ſupra oſtēdimus in ordine gn̄is Parētē pelopis.i.tātalum. Hora.in.j.carmi. Occidit ⁊ genitor pelopis conuiua deorum. A ioue:quia Iuppiter genuit tantalum:et ſic eris quintus ab eo. Nec virtute. laudauit Hermione Oreſten a nobilitate: nunc laudat a fortitudine. Virtute.i.fortitudine.nā in actis militaribus virtus pro fortitudine accipit̄. Inuidioſa:odioſa q: interfeciſti matrē. Sed tu. excuſatio matricidij Oreſtis. Quid faceres.q.d. nihil aliud ꝙ qđ feciſti. Induit illa patrē.i.dedit ei veſtē ſupiori pte nō aptā q̄ caput emittere nō poſſet.qua implicatus et vxoris ⁊ adulteri manibus interfectus eſt.lȝ alij dicāt in cōuiuio interfectū primo die quo domū redijt: vt Iuue. Quippe ille deis autorib⁹ vltor Patris erat ceſi media inter pocula.⁊ idē ferro a clitēneſtra occiſū ſentit in fine ſatyre ſexte his verbis. Hoc tm̄ refert qđ Tyndaridis illa bipēnē inſulſā ⁊ fatuā dextra leuaq̄ tenebat ⁊ Ver.lib.xj. Ipſe Myceneus magnoꝝ ductor achiuū. Cōiugis infande prima intra limina dextra oppetijt Meliore:honeſtiore ꝙ cede matris. Nō lecta eſt.excuſatio eſt:q.nō ſpōte:ſed coactus hoc feciſti. ¶ Lecta.i.electa a te. Sed data.ſ.⁊ ſcelere matris ⁊ reſpōſo oraculi. ¶ Operi tuo.i.tuo facto.ſ. matricidio. Impleſti: pfeciſti Hanc.ſ.cauſam tibi datam. Egyptus:adulter matris tue. Cruētauit:cruore ſuo fedauit. Que pater tuus ante ſcȝ cruentauerat.in eiſdē tectis cū interfeciſti vbi ille patrē tuum interfecerat:⁊ artificioſe tacet cedē matris:⁊ tantūmodo cedē adulteri cōmemorat. Eacides. Pyrrhus ꝓnepos eaci:nā eacus ei⁹ proauus eſt. ¶ Increpat. ſcȝ hoc factum tuum. Laudē.i.vltionē cedis paterne q̄ tibi laudi eſt. Vertit in crimina.i.incuſat:⁊ dicit homicidium eſſe:⁊ tñ.ſ.q̄uis ita de te male dicat. ¶ Suſtinet meos aſpectus:id eſt patitur ſe a me videri quam ſcit tibi eſſe vehemēter affectā:⁊ nō poſſe male de te audire. Rumpor.ſ.dolore. Ora tumeſcunt cum mēte.q: ira tumidos homies facere videtur. Vſta.ardentia. Ignibus incluſis:indignationibus que tanꝙ ignes latentes pectus meū vrunt. Iuue. Quid referā quanta ſiccū iecur ardeat ira. Quiſq̄ ne obiecit:ꝓ quiſq̄ ne obijciet.i.quiſq̄ ne male dicet de Oreſte in preſentia mea. Nec mihi ſunt vires.i.nec poſſum vlciſci hanc iniuriā. Flere licet i.poſſum ſolum flere:⁊ nō aliter vindicare. Diffundimus:ſpargimus ⁊ abijcimus iram flendo:quia vt volunt phyſici plus ledit ira retenta ⁊ occultata:quā ſi fletu effundatur. ¶ Inſtar fluminis.i.valde abunde. Has lacrimas. ¶ Semper q: nunꝙ ceſſo flere. ¶ profundo:emitto. Humēt:madeſiūt. ¶ Fonte.i.copia lacrimarū perēne: iugi perpetu. Hoc generis fatū eſt.i.hoc eſt infortuniū gentis domus noſtre: qđ etiā ad meā etatem peruenit: vt ex gente noſtra omnes mulieres rapiamur a viris:ſicut ego rapta ſum nunc a pyrrho cōmemorat aūt multas de genere ſuo raptas. Matres:mulieres. Tantalides.i.de genere tantali.

ASCEN ☞ Sed tu quid faceres:induit illa patrem.purgat facinus oreſtis ꝙtū ad ſcelus nephariū ⁊ laudat ꝙtum ad audaciam. Nō iuſtū fuiſſe cōtendit.vt q̄ patrē induerit tunica textili:quā camiſiā vocāt orificio ſeu exitu ea ſpe vt nunꝙ eā exueret:ſed in ea ab adultero interficeret̄ etiā a quocūq̄ interfecta ſit. Subtiliter aūt dicit illa.q.d. que meruit mori:ſubticet nomē matris. ¶ Nō lecta.i.delectat aut electa ſed data.i.preter ſpē oblata. Et tamē aſpectus.i.lȝ damnet facinus tuū:tamen libenter videt me coniugē tuā. ¶ Rūpor ⁊ ora ⁊c. Dicit ſe rumpi dolore atq̄ ſceū dicere. Obiecit ne quiſq̄ oreſti coraȝ hermione.i.me ⁊ audet ne quiſq̄ corā me obijcere marito meo tale crimen: Fonte perenni:licenter dixit Nam nos tm̄ perenni dicimus:nec dicit perenne pro perenniter: quia premiſit ſemper. Hoc generis fatum:reijcit in fatum culpam:vt⁊ helena prius.

Non ego fluminei referam mendacia cygni:

Nec querar in plumis delituiſſe iouem.

Qua duo porrectus longe freta detinet iſthmos

Vecta peregrinis Hippodamia rotis:

Caſtori amicleo:⁊ amicleo Polluci

Reddita mopſopia T ndaris vrbe ſoror.

Tyndaris ideo trans equora ab hoſpite rapta

Argolicas pro ſe vertit in arma manus.

ANTO. ☞ Fluminei cygni:firmat ꝓpoſitū exēplo maiorum. Iuppiter in olorē mutatus Ragnuntē euolauit: cōpreſſitq̄ ledā que ⁊ nemeſis dicta eſt:vt Crates tragediaꝝ ſcriptor auctor eſt:que enixa eſt ouū vnde helena ⁊ clytenneſtra genite traduntur. Qua duo porrectus importunū exemplū. Nā hypodamia nō eſt ex gn̄e tantaleo. Oenomaus hyppodamie pater rex ex oraculo tuli: cū filia nuberet ſibi exitiū imminere:certamē prepoſuit ex equoꝝ curſibus.habebat eñ equos velociſſimos harpinam ⁊ ph:ſillā quos myrtillus auriga regebat. Marmacas primus in certamē deſcendit victus penas dedit: demū pelops corrupto myrtillo Oenomaum ſuperauit:hyppodamiam vxorem duxit: elidiſq̄ regnū inuaſit:totam regionem de ſe Peloponneſum nuncupari voluit: vt auctor eſt Thucydides. ¶ Iſthmos: de iſthmo dicimus: vbi ad Neptuni templum erat equorum curſus: vt ſcribit Dio-

Iuppiter in cignū verſus.

Hyppodamiam.

Peloponneſum.

do. Rotis pegrinis curru pelopeo quo poſt victoriam in pōpa vecte eſt hypodamiā Tantal⁹ pelopis pater paphlagoniā tenuit. Sꝫ pfect⁹ pelops pelopōneſū occupauit. Caſtori amicleo. Theſeus rapuiſſe helenā reddidiſſeqꝫ fratrib⁹ polluci ꝛ caſtori dixim⁹. Amicle vrbs ē laconic Tyndari regis. Urbe mopſopia. Amphidnā attice vrbē itelligit ꝙ ſeruata eſt helena a theſeo rapta. Mopſopia: attica eſt a mopſopo rege vt Stra. teſtatur. Tindaris ideo ab hoſpite paridē intelligit: a quo raptā fuiſſe helenā notū ē. Flebat auus ſollicitudinē do m⁹ in raptu helene exprimit. Tyndaris inqt auus ꝛ clytēneſtra helene ſoror fratreſqꝫ caſtor ꝛ pollux erāt ſolliciti. Aberat cōiux. Menelaus Crete erat cum rapta eſt helena: vt ſcribit Septimi⁹. Ne non pelopeia credar: vt ſim ꝛ videar ex pelopis genere.

Vix equidem memini (meminiſt tamen) omnia luctu;

Omnia ſolliciti plena timoris erant.

Flebat auus: flebatqꝫ ſoror fratreſqꝫ gemelli

Orabat ſuperos leda: ſuumqꝫ iouem.

Ipſa ego non longos etiam tunc ſciſſa capillos

Clamabam: ſine me: me ſine mater abis:

Nam coniux aberat: ne non pelopeia credar.

ABER. Nō ego occupatio eſt rhetorica. Dicit eñ ſe nolle referre cum tñ referat. Mendacia: fictionē: falſam figurā. Cigni fluminei: habitātis iuxta flumina. nā Cygnus cōſanguine⁹ phaetontis poſtqꝫ phaetō fulminis incēdio a ioue cōſumptus eſt: in volucrē ſui nois ob dolorē mutat⁹: vt inqt Oui. lib. ij. metamor. Nō ſe celoqꝫ iouiqꝫ Creditvt iniuſte miſſi memor ignis ab illo. Stāgna petit: patuloſqꝫ lacus: ignēqꝫ peroſus. Que colat elegit cōtraria flumina flāmis. Delituiſſe. i. latuiſſe. In plumis. i. in forma Cygni. nā Juppiter captus amore lede vxoris Tyndari cōuerſus in cignū ad eam volauit: ꝙ fabule tradūt: cū cum ſinu excepiſſet: ille dicitur oua in eius gremio peperiſſe: ex quibus nati ſunt Caſtor ꝛ pollux Helena ꝛ cliteneſtra. oua aūt duo tñ fuiſſe dicunt: quorū altero Caſtor ꝛ pollux ex altero helena ꝛ Cliteneſtra nati dicunt. Hor. in arte poetica. Nec gemino bellū troianū ordit ab ouo. Idē in epiſtolis Caſtor gaudet eqs: ouo prognatus codē pugnis. Sūt qui velint nō Cygnū ſed Ledā ex cōpreſſu iouis illa oua peperiſſe. Qua duo refert rapinā alteri⁹ hyppodamia filia fuit Oenomai regis Elidis ꝛ piſe quā cū ob egregiā pulcritudinē multi vxorē peterēt pater pppoſuit pcis hāc legē: ꝛ duriſſimā cōditionē: vt ꝙ eā vellent curruli certamine cū ea contēderēt: ꝛ ꝙ victus fuiſſet capite puniret: ꝙ viciſſet eā vxorē haberet ad hoc certamē cū Pelops Tātali fili⁹ ex phrygia veniſſet corrupto myrtillo hyppodamie auriga pollicitatione primi cōcubit⁹ victor euaſit nam Myrtillus axes currus fractos cera dicitur texiſſe. qua poſtea calore liquefacta concidit currus ꝛ hac fraude potitus eſt Pelops hyppodamia: cū vero Myrtillus peteret promiſſam mercedem a pelope in mare pcipitatus eſt quo ab eius nomine Myrtoum denominatum ferunt: ſed hec fabuloſa nam reuera de bello rapta corrupto Myrtillo prefecto exercitus. Qua duo deſcribit locum vbi rapta eſt hyppodamia vꝫ in Achaia: que poſtea a pelope: ꝙ ibi regnauit Peloponneſus. i. pelopis inſula dicta ē nā (vt ſupradixim⁹) Iſthmos ē terra tenuis inter duo maria ꝛ ſūt Iſthmi celebres: vn⁹ in Archadia de quo nūc intelligit: ꝛ alter in thracia: Diſtinct. i. ſeparat. Rotis peregrinis. i. curru pegrino. nō vt dixim⁹ Pelops ꝛ phrygia venerat. inde Oui. li. ij. triſtiū Quid niſi tātalides agitāte cupidine curr⁹. Piſeam phrygijs vexit Eburnus eqs Caſtori amicleo dictū eſt ſupra helenā in certamie paleſtre a Theſeo raptā fuiſſe ꝙ poſtea Caſtori ꝛ polluci fratrib⁹ eā bello repetētibus reddita eſt: imo vt qbuſdā placet: vi recuperata abducta eſt etiā cū ea ethra matre Theſei ꝙ poſtea ſemp comes fuit helene: vt in eius epla ad paridē infra patebit. Amicleo: ex amiclis vrbe laconie. Notandū eſt aūt in quinta ſede hui⁹ verſus p dactylo eſſe ſpondeū ꝛ in prima ſyllaba tertij pedis vocalē nec elidi: nec breuiari ſequente vocali. Tyndaris helena ſoror. ſ. caſtoris ꝛ pollucis. Urbe mopſo. i. athenieſi: nā tres fuiſſe Mopſos ſcribit Stra. li. ix. vnū vatē filiū tireſie: alter fuit lapitha argonautarum nauigationis comes a quo oppidū Mopſium in cāpo pelagiſco vocatū eſt. Tertius a quo atticā appellauere Mopſopiā: alibi tamen codē lib. dicit eū Mopſopiū appellatū: a quo mopſopij athenienſes dicti ſunt: qꝺ videt veriſimili⁹. Tyndaris narrat ſcḋam rapinā helene: ꝙ a paride rapta eſt: ꝛ troiā abducta belli troiani cauſa extitit. Ideo hoſpite paride troiano quē illa hoſpitio acceperat. Uertit: mouit: pro ſe: p recuperatōe ſua. vix equi dicit ſe fuiſſe ad modum paruā: cū mater ſua helena rapta eſt: ꝛ enumerat quedā. ꝙ dicit ſuadere ſibi memoriā hui⁹ rei. Plena lu. i. plena meroris. Solliciti: ab effectu dicit. i. facientis hoīes ſollicitos. i. anxios vt in prima epiſtola. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Auus: tyndare⁹. Soror. Cliteneſtra ſoror helene matris mee. Fratres ge. i. Caſtor ꝛ pollux. fratres mee matris. Leda mater helene. Suū ioue a quo fuerat amata ꝛ oppreſſa. Non lon. i. breues ꝙtos habent infantule. Sine me: ſine me cōduplicatio color rhetoricus. Cōiux. ſ. matris mee: ideſt Menela⁹. Aberat ierat enim in cretā. Ne nō: addit nunqſe ſup adictis quas dicit fuiſſe raptas. Ne non. i. vt credat pelopeia. i. de genere pelopis. nam dixit ſupra. Tantalides matres apta rapina ſumus.

ASCEN Hippodamia licet de gñe tātali nō fuit: fuit tamē eius affinis: q: nurus ꝛ in familiā eius venit: vnde nō eſt omnino alienū exēplū. Caſtori amicleo. Amicle ciuitas oebalie vnde rapta eſt helena. Stra. in achilleide. Soluerat oebalio claſſem de littore paſtor. Dardanus incautas blande populatus amiclas. erat autē helena rapta prius a theſeo ꝙ a paride. vnde dixerat in eius cōteptū oenone. Que toties rapta eſt prebuit ipſe rapi. Recitat ergo raptā a theſeo ꝛ reſtitutā caſtori ꝛ polluci fratribus eius. Eſt aūt verſus licētioſus: factus tamē ad imitatonē illius in bucco. Amphion dirceus in acteo aracinto ꝛ illius. Uale inquit iola. Nā in dictione caſtori nō aſſumitur vocalis a vocali ſequētı: ſed corripitur ſicut ibi. vale inquit: ꝛ ſub ilio alto. lib. v. enei. in amicleo aūt neqꝫ aſſumitur neqꝫ corripit. Nam o ꝛ a dactylus eſt ſicut ibi acteo aracyntho. Eſt preterea ſpōdaicus: q: ſpōdeū habet in quinto qui pōdus ꝛ merorē indicat. In vrbe mopſopea. ſ. amphidna de qua in oenone dictū eſt ſororis nō hermiones: q: eius mater erat: ſed caſtoris ꝛ pollucis quibus reddita eſt. Tyndaris. q. d. cadē rapta eſt a paride. Fratreſqꝫ gemelli: id recte dicitur: ſed inepte dixeris gemellos fratres: q: omnes gemelli fratres ſunt. intelligit caſtorē ꝛ pollucē qui ſm plurimos geminos cōſtituūt in celo ſignum.

ANTO. Parata preda ꝛ rapta ſum a pyrrho. Pelides vtinam vitaſſet apollinis arcus. Paris adiutus ab apolline in templo achillem ſagitta pede ſauciatum peremit: licet alij in tumultu hoc factum

Ecce neoptolemo preda parata fui.

Pelides vtinam vitaſſet apollinis arcus:



Damnaret nati facta proterua parens
als nunc ne.

Nec quondam placuit: nec nunc placuiſſet achilli

Abducta viduum coniuge flere virum

Que mea celeſteis iniuria fecit iniquos?

Quod ve mihi miſere ſydus obeſſe querar?

Parua mea ſine matre fui: pater arma gerebat

Et duo cum viuant: orba duobus eram.

Non tibi blanditias primis mea mater in annis

Incerto dictas ore puella tuli.

Non ego captaui breuibus tua colla lacertis.

Non ſedi gremio ſarcina grata tuo

Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito

Intraui thalamos matre parente nouos

Obuia prodideram reduci tibi (vera fatebor)

Nec facies nobis nota parentis erat.

Te tamē eſſe helenam ꝙ eras pulcherrima ſenſi.

Ipſa requirebas que tua nata foret.

Pars hec vna mihi coniux bene ceſſit oreſtes

Is quoqꝫ: ni pro ſe pugnet: ademptus erit.

Pyrrhus habet captam reduce ꝛ victore parente
als ꝛ minus als fuit.

Munus ꝛ hoc nobis diruta troia dedit:

Cum tamen altus equis titan radiantibus inſtat

Perfruor infelix liberiore malo.

Nox vbi me thalamis vlulantē ꝛ acerba gementem

Condidit: in meſto procubui toro

Pro ſomno lacrimis oculi funguntur obortis

Quaqꝫ licet fugio ſicut ab hoſte viro.

Sepe malis ſtupeo: rerumqꝫ oblita locique

Ignara tetigi ſcyria membra manu.

Utqꝫ nefas ſenſi male corpora texta relinquo.

dicant. Quondā: cum abducta Briſeide ipſe fleuit. Que mea celeſtes: totius generis fatum hactenus non ſuū queritur. Quod ſydus: caldeoꝝ ſententia eſt: vt ſi ſyderum mortales benignius agant ꝛ indigne vexētur. Parua mea ſine matre: pathos ab etate. Arma gerebat: erat menelaus in bello troiano. Incerto balbo et ambiguis verbis que a pueris excidunt. Pacta marito: cum Oreſti nupſiſſet. Matre parente: ex cōſuetudine loquitur. nam matres locabāt in thalamis filias cum primum viris tradebantur educi. Reduci ti. Herodotus ex egypto reductam eſſe Helenam contendit: quam poſt mortuū menelaum Nicoſtratus ꝛ Megapenthus ſpartani eiecerūt. Rhodū cōceſſit ad polixo Thlepolemi vxorē veteri freta amicitia ancille arbori illā ſuſpenderunt qm̄ cauſam belli troiani dederat in quo fuerat thlepolemus trucidatus. Nec facies nobis. Uide ꝙ fuerit parua Hermione cū rapta fuit helena: hinc licet aſpicere vt a matre filia cum rediret vtrinqꝫ non cognoſcerentur. Pars hec vna mihi: vt videatur omnino deſtituta id qꝺ iuuare ſolum in tot erūnis ablatum eſſe demonſtrat. Captam inuidioſe contra Pyrrhum protulit vt ardētius exciter Oreſtem. Hoc mu. vt victrix captiua ſit. Equis altus titan: pathos a tempore. Titan ſol dictus eſt: qm̄ a titanibus ducit originē. Malo liberiore: validiore ꝛ maiori. Unde campū liberiorem dicimus maiorem ad dicendum rationem. Sollicitor inquit die noctuqꝫ validius. Pro ſom. la. ocu. nō dormiunt: ſed p ſomno ſuccurrūt lacrime. Malis: cū malas tāgo que horride ſunt. Scyria membra: cōtumelioſe dictū eſt in pyrrhū qui in Scyro inſula natus eſt ex furtiuo concubitu. eſt eñ Scyros inſula contra magneſiam nobilis ob Licomedis cū Achille affinitatē et Pyrrhū illic educatum. Manus pollutas: que virum non legitimum tetigerunt. Helenā cōtēdit. Thlepolemus.

ABER. Neoptolemo. i. pyrrho qui ita dictus eſt quaſi nouus pugnator: nam neos grece nouum ſignificat. Ptolemo. i. pugno. Pelides. i. Achilles pater pyrrhi. Utinam vi. ar. i. vtinam nunꝙ fuiſſet interfectus: quia ſi viueret culparet factū filij: qui alienam vxorem vult rapere. Apollinis autem arcus dixit: nō ꝙ reuera apollo cum ſagittis interemit: ſed ꝙ in eius templo fuit interfectus: nam cū thetis achillem infantulum in aquam ſtygis inferne tinxiſſet toto corpore: preter partem pedis qua eū tenebat: cum immerſit in aquā: vt apud Statium legimus. Si te ſtigis amne ſeuero armaui totūqꝫ vtinam fuit inuulnerabilis omni parte corporis: que aqua tincta fuerat. Sed cū captus amore polycene filie priami conſtituiſſet: vt eam caperet in templo apollinis paris poſt ſimulacrū latens in partem pedis que erat vulnerabilis (quia nō fuerat tincta aqua ſtygis) directa ſagitta eum occidit inde factum eſt ꝙ tenente apolline arcum paris direxit tela: vt apud Uergilius. lib. vj. Phebe grauis troie ſemper miſerate labores Dardana qui paridis direxiſti tela manuſqꝫ corpus in eacide. Dānaret: culparet. Nec nunc placuiſſet: legendum eſt nunc ne ſi legatur nō ex duobus negationibus fit ſenſus cōtrarius. Que admiratiue. q. d. neſcio. Iniquos: inimicos ꝛ aduerſos. Quod ſi. quia vite conditionē qualitate ſyderū nobis afferri tradūt Iuue. Diſtat enim que ſydera te excipiant modo primos incipientē Edere vagitus ꝛ adhuc de matre iubente. Parua. ecce cōmemorat ſua infortunia. Parua infantula: quo tpe debueram maxime apud eā educari. Ferebat arma. i. gerebat bella. Cū vi. i. ꝙuis ſint viui. Orba. priuata. i. eram orphana. Non tibi. dicit ſe caruiſſe his iucūditātibus quas alie puelle habere ſolēt in infantia que ꝛ parētes delectāt ꝛ ab eis in gremio tenētur. Incerto ore: incertis verbis: q: infantes nōdū ſciūt bene exprimere verba. Captiui: amplexata ſum. Grata

ſarcina.i.gratum onus.Cultus mei.ſicut alie matres ſolent habere curam cultus filiarum ſuarum. Pacta:de ſponſa. Matre pa.vt eſt mos. Prodieram:exieram. Reduci:reuertenti a troia. Parentis.i.matris mee. Senſi: cognoui:iudicaui. Quod.i.pulcerrima:valde pulcra. Ipſa.i.tu. Que forer nata:quia etiam tu non cognoſcebas me. Pars hec:enumeratis multis infelicitatibus ſuis di. Hermione ſe tantūmodo fuiſſe felicem in hoc ꝙ Oreſten coniugem ſortita ſit. Hec vna.i.ſola ſcilicet Oreſtes coniux.i.datus mihi maritus bene ceſſit:bene euenit: quia in reliquis fui infelix. Is:oreſtes. Pro ſe:ſcilicet ne adimatur mihi. Pyrrhus habet:conqueſtio eſt de audacia pyrrhi:qui poſt victoriam Menelai:z reditū in patriam teneat Hermionem captiuam. Et mi.ab nobis.i. troia ab non eſt ad vtilitatē noſtrā deſtructa. alius codex habet munus z hoc nobis diruta troia fuit.i.hāc vtilitatē habeo ꝙ troia ſit diruta ſiue autem fuit:ſiue dedit legatur idē eſt ſenſus. Cū tamen dicit ꝙ licet omni tempore ſit in magno merore non minus angitur die ꝙ̄ nocte.nam per totam noctē dicit ſe flere. Titan.i.ſol aſtat altus.i.eſt in ſummo celi. Radiantibus:ſplendentibus. Malo.i.dolore. Liberiore minore:minus vrgente me. Acerba:ꝓ acerbe. nomen pro aduerbio. ſicut rauca ſonant amnis. Funguntur lacrimis pro ſomno.i.cum debent dormire lacrimantur. Qua licet.i.quantū poſſum. A viro:a pyrrho. Stupeo:careo ſenſu:exanimor. Oblita rerum z loci.i.que non recordor quid faciam:aut vbi ſum. Ignara:non aduertente. Scyria membra pyrrhi: qui natus eſt in Scyro inſula vbi regnauit Lycomedes: vt ſupra diximus. Ut:poſtꝙ̄. Senſi nefas.i.ſenſi me tetigiſſe illum quem nolebam.

ASCEN ☞Apollinis arcus. ſic Uergilianus eneas. Phebe graues troie ſemper miſerate labores. Dardana qui paridis direxiſti tela manuſꝙ. ¶Que mea celeſtes.de ſe ſpecialiter querelas prefert ꝙ ab incunte etate miſera fuerit:z parentibus adhuc viuis orba. Nam mater rapta fuit z pater pro ea repetenda apud troiam. graphice autem enumerat matrū in filias officia. Te tamen eſſe helenam ꝙ eras pulcerrima ſenſi donatus dicit helenam tam pulcram fuiſſe:vt omnes pulcre ab ea poſtmodum helene nūcupare. Cum tamē altus equis zc. Non dixero liberiore.i.validiore malo:quia longe alius eſt ſenſus. Uult enim dicere: quia ſole oriēte cum inter populos verſetur minus angatur:ꝙ̄ ſub noctem:quia vt Maro di.enei.iiij. Sub noctem cura recuſat:quinetiam phyſica ratione comprehenditur omnes morbos ingraueſcere occidente ſole z leuari eo oriente. Dicam ergo malo liberiore.i.minus premente z magis liberam permittente: vt ſit ordo.tamen.i.tametſi multis malis angar: quum.i.quando:titan.i.ſol qui vnus eſt de titanibus:inſtat equis radianti.i.vehitur altus.i.ſublimis:ego infelix perfruor.i.etiam pro fructu fungor: malo: ſcilicet doloris z curarum liberiore.i.magis liberam remittente et minus ſtringente: ſed vbi nox acerba(niſi ſit gementē acerba pro acerbe)condidit.i.abſcondidit me vlulantem z gementem z minus ſtringentem:quia ſcilicet coniugem nō inuenit:thalamis:ſcilicet meis.i.cubili meo: z procubui in meſto toro:ideſt ego meſta in toro meſtam faciente:tunc ſup.oculi mei funguntur lacrimis obortis:ideſt preter intentionem ortis:pro ſomno:id eſt loco ſomni:z fugio a viro ſcilicet pyrrho ſicut ab hoſte:qua ideſt qua parte aut qua ratione aut quatenus licet. Nam quaꝙ due ſunt partes: ideſt z que ignara manu:ideſt ipſa ignara putans Oreſtem contingere contingo membra ſcyria:ideſt ipſius pyrrhi in ſcyro Licomedis inſula ex deydamia geniti.

Helena.

Male. Sepe malis ſtupeo: male interpretatur ſuperior dicens cum malas tango que horride ſunt. Nam male vnde per diminutionē maxille prima longa ab omnibus ponitur:vt enei.iij. Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas. dic ergo ego ſtupeo:ideſt hebetor:z quaſi ſtolida fio:hoc eſt alienor z abſtrahor a ratione z memoria.ſepe malis: ideſt propter mala que perperior.

Et mihi pollutas credor habere manus

Sepe neoptolemi:pro nomine nomen Oreſtis.

Exit:z errorem vocis vt omen amo.

Per genus infelix oro:generiſꝙ parentem

Qui freta:qui terras:z ſua regna quatit.

Per patris oſſa tui patrui mihi que tibi debent

Que ſe ſub tumulo fortiter vlta iacent:

Aut ego premoriar:primoꝙ extinguar in euo:

Aut ego tantalide tantalis vxor ero.

ANTO. ☞Errorē vocis. vox que erat pro omine habetur perinde ac ſi me cito ad Oreſtē rediturā ominetur. Per genus infelix oro: colligit propoſitum iureiurādo. ¶Genus infelix: hoc propter matrū tantalidum rapinā dicit. ¶Generis parentē: iouem ſignificat: a quo tantalum natum diximus. Que tibi debent.nam fortiter patris necem vltus eſt Oreſtes z matre Clytēneſtra:z egypto trucidatis. ¶Aut ego premoriar: feſtina morte opprimar. Tantalide. Oreſtē dicit:qui a tantalo genus traxit:[illegible]o inquit cū ſim ex genere tantali eiuſdē generis viro nubere decreui.

UBER. ☞Credo mihi.i.videor mihi. Pollutas.i.fedatas eius cōtactus. ¶Sepe neoptolemi:dicit Hermione ſe tm̄ habere cordi Oreſtē: ꝙ cum velit nominare pyrrhum:ſepe pro pyrrho nominat Oreſtem. ¶Errorem:ꝙ te pro eo vocem. Ut.i.tanꝙ̄. Omen.i.augurium felix:quia puto id mihi contingere:quia aliquādo ſim futura tua. ¶Per genus. nunc adiurat Oreſtē vt eam recuperet. ¶Parentem generis.i.iouē patrē tantali. vnde genus noſtrum eſt. ¶Et ſua regna: ideſt celum.nam iuppiter omnia regit. ¶Patris tui: agamennonis. ¶Patrui mihi:quia fuit frater patris mei. ¶Debent tibi:ideſt ſunt obligata. ¶Ulta:vindicata:ſcilicet a te interfectis egypto z matre tua a quibus ipſe interfectus fuit. Premoriar:id eſt moriar ante tempus. ¶Ego tantalis:que ſum de genere tantali. ¶Tantalide:ideſt tui qui z ipſe es de eodem genere. Oreſtes interfecto pyrrho:tandem recepit Hermionem:ex qua ſuſcepit filiū nomine Oreſtem: a quo Oreſte populi dicti ſunt.

ASCEN. ☞Per genus.claudit epiſtolam cum obſecratione pondus votorum continente.





¶Deyanira Herculi. Epiſtola.ix.

Gratulor oechaliam titulis accedere noſtris.

Victorē victe ſuccubuiſſe queror.

¶In nonam epiſtolam argumentum.

ANTO. Diodorus tres tm̄ hercules videt ſuiſſe aſſerere:ſed qui diligētius hoc ſcrutati ſunt ſex fuiſſe repererūt:antiq̄ſſimū ex ioue antiquiſſimo z Lyſtonatum. Nā ioues etiā plures fuiſſe legimus quē ꝯcertauiſſe cū apolline de tripode accepim⁹. Alter tradit nilo natus egiptius:quē aiūt phrygias literas ꝯſcripſiſſe. Terti⁹ ē ex id eis dactylis cui inferias inferunt. Quartus iouis filius eſt ex aſterie latone ſorore q̄ tyri colitur:filiāꝙ habuit noīe Carthaginē. Quint⁹ in india z belus dr̄. Sextus ex alcmena z ioue tertio genitus:cui geſta aliorū aſſignant. Deyanirā habuit vxorē. Nā dimiſſa megara creontis thebani filia quā vxorē duxerat Iolem euriti petiit in ꝯiugiū:cū denegaret in etoliā venit vbi deyanirā oenei ex Althea duxit vxorem: deinde memor deſpecti cōiugii ꝯtra euryti torē cū Mylionē z pythiū mouit exercitū:oechaliā vrbē abſtulit: illos peremit: iolē rapuit:cui⁹ amore eo adeo flagrauit vt ex ea pateret quidq̄d cū omphale ꝑpeſſus ē. Sacrificatur⁹ igit ob victoriā in mōte Cyneo puerū Lychā ad deyanirā in Thracinā vrbē miſit:vt veſtē qua in ſacris vtebat afferret. Deyanira ſemine infectā oleo z ſanguine cētauri neſſi dederat id eū ſuaſerat Neſſus faciendū:cū in traiectu Enei fluminis ab hercule ſagittis cōfoſſus eſt:ſi de illi⁹ amore dubitaſſet: Dubitabat eū ne ioles amore ipſam contēneret. Hercules cū veſtē tetigiſſet veneno afflatus lēta tabe cōſumebat. Actus in furorē Lychā in mare ꝓiicit Liciniū z iolaū Delphos de ſe ſiſcitatū miſit retulerūt: vt in oeta mōte pyra cōſtrueret. De reliquis ioui curā relinquere. Conſtructā ipſe conſcēdit philotectes ignē admouit cū reliquiarū nihil reperiſſent:celū accendiſſe exiſtimarunt. Juno precāte ioue lectum conſcēdit. Herculē veſtibus tectum perinde ac pareret emiſit:quod in adoptionē barbari diu ſeruarūt:heben quoꝙ filiā vxorē dedit. Menetius actoris filius opunte boetie oppido primus herculi ſacrificauit tauro capro z ariete. Deyanira cū de viri fato excepiſſet cōmemoratis iniuriis quas ab hercule paſſa ſit facin⁹ purgare nitit epiſtola vt nō vltro: ſed vt ad amorē illum reuocaret id feciſſe videat:querelas habet creberrimas: quales eā decent: q̄ de ſuſpēdio deliberarat. ¶Gratulor oechaliā titulis accedere noſtris. Principiū ex duorū affectuū leticie merorisꝙ pugna ꝙ̄ furibūda fuerit Deyanira indicat:ſcz cū meror leticiā ſuperaret rerū quas hercules geſſit oritur exprobratio. Gratulor:gratulari:ſiue diis ſiue hoibus qui nobis beneficia fuerūt in ſucceſſu aut noſtro:aut aliorū eſt cū laudibus feſtiuitatē oſtēdere:oritur eū ex leticia gratulatio:vt ex dolore querimonia. Uicte ad iolē hoc refert cuius amore cū hercules teneret viſus ſilaſſe dr̄. Oechaliā:oechalias plures fuiſſe legimus in theſſalia Archadiaꝙ et Euboea:ſz q̄ euryti fuerit ambigūt veteres diodorus q̄ in euboeā eſt fuiſſe ſcribit. Alii ꝓ theſſalē quā cum cepiſſet hercules interētis Euryti liberis(vt dixim⁹)iolē rapuit. Uicte captā iolē intelligit:quā hercules amauit.

Hercules. Iole.

Apotheoſis hercul.

Adoptionis forma

Gratulor.

Oechalis.

UBER. Gratulor:hercules multis z magnis laboribus qui ſibi ab Euryſteo iunonis nomine imperati fuerant functus:cum in pheneo archadie oppido quinquenniū fuiſſet: inde ſponte diſcedēs in etholiam profectus atꝙ cum nondū legitimā prolē:nec vxorē haberet:deyanirā oenei filiā iam defuncto meleagro ſibi dſponſatā vxorē accepit ſed triēnio poſt deyanire nuptias cum eurynomū puerum miniſtrum paruo errore lapſum pugno percuſſum occidiſſet inuitus:dolore percuſſus calidone receſſit cum deyanira vxore z hello puero ex ea ſuſcepto cum in itinere ad euenum flumē veniſſet repperit neſſum centaurum violatores precio flumen tranſuehentē. Qui cum deyaniram tranſuexiſſet:eam violare conatus eſt: cum hercules in alia ripa eſſet:qua viri opē implorante hercules cum ſagitta transfixit:ille ne mo[illegible]etur inultus:pollicitus eſt deyanire:ſe medicamentū traditurū quo nullam aliam preter ſe mulierē hercules vnꝙ̄ appeteret:iuſſit itaꝙ vt oleo cum ſanguine ex vulnere ſuo:ſagitta defluente commiſto herculis tunicam vngeret: ſic eū fore:vt nullā aliam mulierē preter ſe appeteret cum neſſus expiraſſet illa clam hercule quod erat mandatū effecit:hercules aliquāto poſt oechaliā venit:z cōtra euryti regis oechalie filios:qui iolem ſororē ſuam ante ei promiſſam vxorē negauerāt exercitum duxit:auxiliātibuſꝙ archadibus qui cum z ex pheneo diſcedentē ſecuti erant vrbe expugnata euryti filios occidit:z cum iole captiua ex euboea in montē ceneū profectus eſt:ibi ſacra facturus. Lichā autem famulū domeſticū clā ad deyanirā in trachinā:vbi eā reliquerat miſit vt ei veſtē qua in ſacris vti cōſueuerat afferret. deyanira ꝓ amore ioles ꝑcepto cupiēs ſe omnibus amore preferri tunicā iuxta cētauri conſiliū tinctā lyche rei inſcio herculi deferendā tradidit:quā hercules indutus medicamēti:vt paulatim inualeſcere maximo dolore torqueri cepit itaꝙ lycham veſtis latorē primū occidit ac morbo magis quotidie inualeſcente licinium z iolaum delphos ad apollinē miſit:vt morbi remedia ſciſcitarentur: oraculum iuſſit hercu.ferri cum apparatu bellico in oetam montē:ibiꝙ prope cum ingentē ſtrui pyram de reliquis ioui curā fore:qui cum iolao erant iuſſa apollinis exequentes qđ futurum erat ſuſpicabantur:hercules deſperata ſalute in pyrā conſcendit ſolus. Philotectes in gratiā ſagittarū quas ei hercules reliquit pyram incēdit: ſubitoꝙ fulminibus circūdantibus pyra exuta eſt accedente iolao:vt oſſa colligeret:nullo penitus reperto creditū herculem ad deos tralatum:eiꝙ vt heroi ſacra quedam inſtituta ſunt. Interea anteꝙ̄ moreretur cum magna vi veneni vexaretur deyanira calamitate herculis ſtupefacta cum cauſam tanti mali a ſe profectā ſciret:laqueo vitā finiuiſſe dr̄:ſed poeta nunc fingit deyanirā anteꝙ̄ ſe interficeret ſcripſiſſe ad herculē conquerēs ꝙ turpi amori ioles ſuccubuerit:z a legitimo alienatus ſit:deinde inter ſcribendū fingit eam accepiſſe nun iū de calamitate herculis:quē grauiſſimo dolore torq̄ri audierat ꝓpter tunicā a ſe miſſā:z itaꝙ poſtꝙ̄ excuſauit ſe ꝓpter amorē hoc feciſſe:affirmat ſe eſſe morituram. Gratulor:letor. Oechaliā:vrbē euboie:in qua regnauit eurytus: lz Stra. dicat eē in theſſalia:in euboia:z in archadia:hāc expugnauit hercu.ꝓpter iolē ſibi negatā(vt ſupra dixim⁹)z eius

fratres interfecit: atq; vt alij volūt ⁊ patrem: accedere: adiūgi. Noſtris titulis: noſtris victorijs ⁊ laudibus, noſtris aūt dicit: q: laudes mariti etiā ſuas exiſtimat. ¶ Victorē. ſ. te ſubcubuiſſe: victū fuiſſe. Victe. ſ. Iole.

ASCEN ☞ Gratulor occhaliam. Huic quoq; epiſtole in nōnullis codicibus premittit̄ hoc diſtichon. Mittor ad alciden a cōiuge cōſcia mentis Litera: ſi cōiux deyanira ſua eſt. Cuius ordo eſt. ego litera. i. epiſtola: cōſcia mentis ideſt propoſiti ⁊ intentionis animi: mittor ad alciden: ideſt ad herculē: a coniuge. i. vxore eius: ſi deyanira eſt coniux ſua: verum credo Ouidianū nō eſſe: q: mala eſt reciprocatio: ſi coniux deyanira ſua eſt: diceret eſt enim eius: ſed id verſus non patitur. Titulis noſtris: q: glorie mariti particeps eſt coniux.

ANTO. ☞ Fama de cōtaminata. tralatio ab infecto pāna inficiēda: negāda: ⁊ q̄ factis priorib⁹ minime cōueniret. Quē nunq̄ iuno. ecce qd̄ maximū eſt: vn̄ tot querele naſcunt̄ vt poſt multa facta ingētia puelle ſuccubuerit. nā apud iolem dr̄ her. filaſſe: vt q̄ apud omphalē lidiā tuliſſe ſcri. Diod. eadē apud hāc exercuiſſe hoc velit. Eury. vituperat factuz ex volūtate aduerſarioꝝ. Quid aliud inquit Eury. et iuno cupiūt: q̄ vt te deprimāt ⁊ facti nouitate ſuperiora deforment. At te iouis nūcia iunonis mētem turbauit: vt ſcri. Home. nā in cōſilio deoꝝ illū iactare cogit eo die ex ſuo gn̄e fore. vt naſceretur argis qui finitimis impetraret: qd̄ cū iureiurādo firmaſſet. Iuno in terrā deſcēdit. ¶ Argos petijt alcmene partum diſtulit. Sthelenj ex perſeo nati vxorē ſeptē tm̄ menſiū fetū Euryſtheū edere coegit rem deinde ioui detulit: qui eā celo pepulit: et herculē. Eriſteo ſeruire iuſſit cui promiſerat argiuorum regnū datū eſt. Labe vite viuēdi dedecore ⁊ cōſiſtit in tralatione. Eſt aūt labes q̄ caſu ſubito leuia inficit. At nō ille venis: ſermonē ſuſpendas nō inq̄t talē te p̄ſtas. Nō vna nox. ſi Diodoro credimus ex tribus noctib⁹ vnā fecit iuppiter vt Herculē cōciperet. ideo Plautinus Soſya in amphitriōe fabula putat nocturnū obdormiuiſſe ebriū ſolēq; in cōuiuijs cōmoratū pluſculū cū noctem illā lōgiorē ſolita vidiſſet. ¶ Suſtulit: nomē dedit Tralatio ab his q̄ in ſummo loco ſiti vndiq; circūſpectant̄. Reſpice. vim ponit añ oculos priora vt cōparatione patris vituperet factū. Vindicibus pa. mōſtris liberatū ⁊ quaſi ex ſeruitute in libertatē aſſertū ducta tralatione a ſeruis: qui vindicta liberantur. ¶ Nereus. orbem terrarū intelligit: quem in medio aque poſitum inſtar inſule ſcribit Plato.

Euriſteus

als pelaſgiacas.

Fama pelagiadas ſubito peruenit in vrbes

Decolor ⁊ factis inficienda tuis.

Quem nunq̄ iuno: ſerieſq; immenſa laborum

Fregerit: huic iolen impoſuiſſe iugum

Hoc velit euryſteus: velit hoc hermana tonantis

Letaq; ſit vite labe nouerca tue

At non ille venis: cui nox (ſi creditur) vna

Non tanti: vt tantus conciperere fuit.

Plus tibi q̄ iuno nocuit venus: illa premendo

Suſtulit: hec humili ſub pede colla tenet.

Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem.

Qua latam nereus ceruleus ambit humum

Se tibi pax terre: tibi ſe tota equora debent.

ABER. ☞ Pelagidas grecas. Decolor turpis. Inficiēda. i. neganda. nam inficiari negare ſignificat vnde inficie tantū pluralis numeri: quo nomine vtimur cū eo. vt eo inficias. i. nego ⁊ tu is inficias ⁊c. iuno que ſemꝑ conata eſt te opprimere. Series ordo ⁊ numerus nā plurimos labores paſſus eſt: hinc. ſ. tibi. Impo. iu. i. Domuiſſe te tractum a bobus. eſt aūt ordo ⁊ fama decolor ⁊c. venit iolē impoſuiſſe iugū huic quē Iuno ⁊ immenſa ſeries laborum nunq̄ fregerit. Hoc velit. q. d. facis qd̄ placet inimicis tuis: q: cū cupiant tuū dedecus gaudent q̄ a muliere ſis ſubiugatus. Euri. rex qui tibi labores imperat. Germana to. iuno ſoror iouis: qui tonās dicit̄: q: ⁊ tonitrua ciet ⁊ fulmina mittit. ¶ Sit. i. erit. No. ipſa iuno que eſt nouerca tua. nā her. filius fuit iouis ex alcmena. Labe: macula: turpitudine: als ponit̄ pro ruina a labendo: vt apud Vergil. lib. ij. en̄. Hinc mihi prima mali labes. At non. increpat ipſum q̄ nō reſpōdeat ſpei que de eo fuit habenda: q: nō vna nocte gn̄ari potuit ſed cōiunctis tribus noctibus ſimul: vt fabule tradunt: ex quo debuit eſſe vite magis admirāde. Non venis non exhibes: te: nō appares. ille talis. Cui: quali. Vna ſola: q: geminata eſt nox. ¶ Nō fuit tanti ideſt non ſuffecit. Vt cōcipe. i. vt generareris. Tantus: tā magnus tam fortis. Illa: ſcz iuno. Suſtulit: exaltauit. Premēdo: duz premit: nec. ſ. venus Reſpice: cōſidera. Pacatū pacificatum. Vindicibus: defenſatricibus vel vltricibus. nam her. ad tollenda mōſtra que in qualibet parte orbis terrarū nocebant hominibus ꝑperabat. inde Luc. terras mōſtris equor leuantem magnanimū alcidē libicas exiuit in oras. ⁊ Verg. lib. viij. Nam maximus vltor ter gemini nece geryones: ſpolijſq; ſuperbus alcyldes aderat. Qualia. i. per totū orbem terraꝝ. Nereus. i. oceanus: poſuit em̄ deū pro mari. Oceanus autem circūit ipſam terrā. Oui. in meta. Tū freta diffudit: rapidiſq; tumeſcere ventis. Iuſſit: ⁊ ambite circūdare littora terre. Pax ter. i. terra pacata a te. De ſe ti. i. tibi eſt obligata. Et pax eſt ꝓpter te: cauendū eſt autē ne legat̄ pax terre: q: contrariū eſſet quod dixi ſuperius: quā latam nereus.

ASCEN ☞ Fama pelaſgiacas melius ſit q̄ pelaſgiadas: q: nulla neceſſitas cogit ꝑ poſſeſſiuo patronymico abuti Iolē nō iolem vt verſus indicat: q: ab e fit en none m in actō: hoc velit emi: imitatio eſt illius enei. ij. Hoc ithacus velit ⁊ magno mercent̄ atridem. At nō ille. ordo eſt. At. i. Sed tu non venis ille. i. talis ⁊ tātus (ſicut enei. ij. hei mihi qualis erat q̄tum mutatus ab illo hectore ⁊c.) cui ſi credit̄: ſic Verg. ſi credere dignū eſt vna nox fuit tāti. i. nō viſa tanti eſſe momēti aut ſufficere vt tu cōcipere tātus eſſe. i. qui eſſes tā magnus. Suſtulit. i. ſurſuz tulit ⁊ erexit Nā niſi iuno nouerca herculē exercuiſſet: nunq̄ tātus fuiſſet habitus. Reſpice vindicib⁹: ſiḡt turpe eſſet: vt q̄ cetera vicerit mūdi mōſtra a muliere victus ſuccūbat viri aūt vindices vocati quib⁹ mundū a ſeruitute monſtroꝝ in libertatē vindicauerat quaſi vindicta. i. virga pretoria: vnde p̄ꝫ q: vindex iudex ⁊ ſimilia cōis ſunt gn̄is.

ANTO. ☞ Solis vtrā. ſolis domū in oriente ⁊ occidente eſſe ſcribunt. Celum prius ipſe tuliſti. herculem celuz humeris ſuſtinuiſſe tradit̄: quoniā poſtq̄ a piratis quos Buſiris miſerat raptas heſperidas

Impleſti meritis ſolis vtramq; domum:

Quod te laturum eſt celum prius ipſe tuliſti:



Hercule ſuppoſito ſydera fulſit athlas.

Quid niſi notitia eſt miſero queſita pudori:

Si cumulas ſtupri facta priora nota.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues

Cum tener in cunis iam ioue dignus eras.

Cepiſti melius q̄ deſinis. vltima primis

Cedunt diſſimiles hic vir: ⁊ ille puer

Quem non mille fere: quē non ſtheneleius hoſtis

Non potuit iuno vincere: vincit amor.

At bene nupta feror: quia nominor herculis vxor

Sitq; ſocer rapidis qui tonat altus equis:

Quam male inequales veniunt ad aratra iuuenci

Tam premitur magno coniuge nupta minor

Non honor eſt: ſed onus ſpecies leſura ferentes.

Si qua voles apte nubere nube pari.

Vir mihi ſemper abeſt: ⁊ coniuge notior hoſpes

Monſtraq;: terribiles perſequiturq; feras

Ipſa domo vidua votis operata pudicis

Torqueor: infeſto ne vir ab hoſte cadat

Inter ſerpentes: aproſq; auidoſq; leones

Iactor: ⁊ heſuros cerno per oſſa canes.

Me pecudum fibre: ſimulacraq; inania ſomni:

Omniaq; arcana nocte petita mouent:

athlanti reſtituit ab illo eſſe doctus aſtrologiam: ipſeq; in greciā primus ſpherā attulit. Fulſit: ſuſtinuit. Notitia noīs amplitudo: quo verbo in culice vtitur Vergi. Notitieq; ducū voces. Geminos an. plautino carmine notum eſt infantē herculē in cunis duos a Iunone miſſos angues apprehenſis vtriuſq; faucibus trucidaſſe. ¶ Dignus ioue: vt iouis filius diceretis. Cepiſti me: cōmēdatius egiſti infantiā q̄ veritatem. Vltima: que agūtur natura etate. Cedūt: inferiora ſunt. Primis: etate puerili geſtis. Diſſi non cōueniūt geſta: ſunt enim ꝓ etate diſſimilia. Quem non mille fe. hyperbole vtitur. Sthene. ho. Euryſteū Sthenelei filium ſignificat quē diximus certamina herculi ſuperanda prepo nere. At be. nu. fe. ironia. Sitq; ſo. de ioue intelligit cui fulgura aſſignamus. Quā ma. inequa ſimilitudine ironiā ꝓbat. Minor: que gn̄e aut maioꝝ virtute eſt inferior. Non ho. eſt: ſed onus. locus eſt qui violēta: definitio dicit̄: eſt inquit puellis dāno preſtare formā: q̄m ea eſt que illas preſtātioribus cōſiliat: ⁊ cōiugio iungit. ¶ Nube pa. non maiori. Vir mi. ſemper abeſt: incōmoda ſui cōiugij exprimit. Operata: operari dicūtur cū ſacroꝝ myſteria tractamus. Habeo inquit vota cum ſacris ꝓ ſalute coniugis. Inter ſer. pathos a ſomnijs. Iactor: vexor. vexāt me in ſomnis mōſtra. Petita: aio agi[redacted]Archana no. que eſt maxima curarū nutrix.

ABER. ☞ Vtrāq; domū ſo. i. orientē ⁊ occidentē. Meritis: beneficijs. Tuliſti: humeris ſuſtinuiſti. Quod eſt la. te. q: tuis virtutibus es aſcēſurus celū. Hercule. ferūt em̄ fabule herculē ꝓ athlāte celum ſuſtinuiſſe: qd̄ ideo fictū eſt: q: ei ſucceſſit in aſtrologia. Fulſit: ſuſtentauit. Quid ni. ſenſus eſt. quid tibi cōparaſti per hec tua clara facta niſi vt nunc cognoſcatur dedecus tuū. Quid. ſ. eſt queſitū. Niſi eſt queſita notitia. i. cognitio. Pudori: dedecori tuo. nam quo aliquis clarior eſt: ſi quid turpe facit: eo magis cognoſcit̄ eius turpitudo. Iuue. Omne animi vitiū tanto cōſpectus in ſe. Crimen habet: quāto maior qui peccat habet̄. Si cu. angues. Nota macula. vitio ſtupri adulterij ⁊ libidinis: ideſt ſi factis tuis prioribus claris ⁊ magnis. addis nunc turpitudinē libidinis. Tene. fe. te. habet emphaſim. q. d. nūc es ita turpis ⁊ infamis. Tena. fortiter. nā vt fabulis tradit̄ Alcmena Herculē ⁊ Iphiclū peperit. ſed herculē ex ioue: iphiclū ex amphitriōe marito genitū. Sed cū iuno duos ſerpētes immiſiſſet herculi: iphiclus de cui⁹ terrore lapſus: ſuo vagitu excitauit parētes: qui cū ſurrexiſſent: viderūt herculē ambabus manibus angentē angues nouercalibus odijs immiſſos. Inde Vergi. vti prima no. Mō. ing. pre. eli. ang. Di. io. qui poſſes videri genitus a ioue: nō aūt a mortali. Quā de. i. q̄ finis. Cedūt: ſunt minora. Hic vir. i. tua etas virilis. ⁊ ille puer. i. tu ille qui hec feciſti. i. illa tua etas puerilis. Diſſimiles. ſ. ſunt. Stheneleius ho. i. euriſteus ſthelenj fili⁹ hoſtis tuus. Amor vincit: qd̄ eſt tibi turpiſſimū. At bene. obiectio herculis: quaſi magni viri ⁊ filij iouis. Quā male. rn̄det obiectioni, dicēs nō eſſe cōueniens matrimoniū vbi vir ſit maior vxore. eſt aūt ſentētia ad perſonā loquentē accōmodata. Nā Mar. cōtra ſentit oportere vxorē inferiorē eſſe viro. In ma. ſuo ſit prima. Nō alter. ſ. fe. virq; pa. Quā. m. per ſimilitudinem ꝓbat incōueniētiā amoris ſui. Inequales: aut etate aut magnitudine ⁊ robore corporis. Veniūt. i. cōueniūt. Nupta: vxor. Minor: inferior cōditione gn̄is ⁊ fortune. Nō honor eſt: ſnīa eſt color rhetoricus. Spēs. i. dignitas. Ferētes: habētes ipam ſpēm. Sed onus: ſicut mihi eſt onus q̄ ſim vxor tāti viri cū tn̄ te non fruar. Nō ho. eſt: ſꝫ o. adnotatio eſt color rhetoricus. Si qua voles: ſnīa gn̄alis. Pari: equali tibi ⁊ etate ⁊ cōditione fortune. Hoſpes: peregrinus. ¶ Eſt no. coniuge: q: video ſeꝑ vs hoſpites q̄ maritū meū. Mōſtra: vt lerneā hydrā ⁊ cerberū ⁊ cacū. de quo Verg. huic mōſtro vulcanus erat pater. mōſtrū em̄ dr̄ q̄dq̄d eſt preter naturā. Feras terri. vt aprū Erymātēū: ⁊ leonē nemeū. ¶ Operata. intēta ſacrificās. nā operari ꝓprie eſt ſacrificia perficere. Verg. iij. enei. Aruiſq; nouis operata iuuētus. Idē. i. geor. In. pri. ve. de arcq; an. m. ſ. r. Ceteri. le. oper. in her. Hor. ꝑderat iu. Operata ſa. Iui. ⁊ ma. oper. fe. lu. i. operādo hoc eſt ſacrificādo colit. indocti ponūt ꝓ agere quidvis gn̄aliter. in quo ſignificato nunq̄ inueni exemplū idoneū. Torqueor: crucior. Cadat: interficiat̄ ab hoſte aut hoſte: aut fera. Iactor: verſor. ſ. cogitatione: q: cogito hec pericula in q̄bus ille verſat̄: ⁊ videor eſſe in eiſdē periculis: qd̄ accidit amātibus. Vergi. de gallo ad licorida qui erat in caſtris. Nūc in a. du. me. Ma. in ar. Te inter me atq; ad. de. ho. Heſuros ꝑ oſſa. i. aggreſſuros ⁊c. nā heſurus hic ab herco venit: nō ab edo. Me. pe. dicit ſe multis modis terreri ꝓpter pericula herculis. Fibre. pe. i. extra que inſpicio: vt intelligā q̄d ſit de te futurū. hec em̄

Hercules aſtrologus.

Notitie.

ABER.

ars haruſpicina dicebatur. inſpiciebant aũt precipue fibras iocinorũ ſiue iecorũ ⁊ pulmonũ. Iuue. Calido pulmone colũbe. Tractato armenius vel cõmagenus haruſpex pectora pullorũ rimatur ⁊ exta catelli interdũ ⁊ pueri. Luca. lib. i. Cernit tabe iecur madidũ venaſq; minaces. Hoſtili de parte vide pulmonis haneli. Fibra later. Vergi. lib. iiij. enei. Pecudũq; recluſis pectoribus inhiãs ſpirãtia cõſulit exta. Simulacra inania: figure ſine corpore. Omnia: auguria. Petita: capta. Mouent: terrent me.

ASCEN ☞ Vtrãq; domũ ſolis: ⁊ orientalẽ ⁊ occidẽtalẽ; nã ſol vtrobiq; habitare videt vulgo. Quid niſi notitia eſt. vnde Iuue. Omne animi vitiũ tãto cõſpectius in ſe Crimẽ habet quãto qui peccat maior habet. Quã male inequales comparatiue ⁊ ſine figura; ⁊ fit licite in tribus gradibus: vt quã bonus tam prudẽs. i. quãtũ bonus tantũ prudẽs; quã magis illa tremẽs tãto magis effera flãmis; quã maxime potes tam maxime debes deo cõplacere. i. vt maxime ita ⁊c. Si qua voles apte nubere nube pari inſigne cõſiliũ. Operata: operari ⁊ facere cũ ſp ſe ponunt p excellẽtia rebus ſacris attribuunt ⁊ ſignificãt ſacrificare. Vt cũ faciã vitulã pro frugibus ipſe venito ⁊ opera iunctus. in Geor.

ANTO. ☞ Aucupor: diligẽti inquiſitione ſcrutor tralatio ab aucupibus. Murmura: quid de hercule ferat cũ nihil certi habeamus. Speſq; timor dubia: cũ dubiũ ſit quid quid afferet cõflictamur inter ſpem ⁊ metũ.

Alcmena Mater alcmena ſignificat phinei qui eſt arcadũ vrbs pcul ab hercule degebat ad quã cũ iphiclo et iolao eiecerat euryſtheus cũ hercules poſtq; euricyonẽ centaurũ trucidauit Tyrinthũ rediit. Pater amphitrion: eſt que cũ cephalo cõtra thelebeas ⁊ talphos pugnaſſe meminit Stra.

Ilus. Ilus filius herculis ex deyanira quos oẽs in exiliũ miſerat Euryſtheus. Arbi. eu. intelligimus quod euryſtheus de ira iunonis iudicet. qui te: vt illi obtẽperet. quibuſcũq; exponat mõſtris. lõga: que cũ tot laboribus nõ mitigatur. ¶ Peregrinos addis amo. redit ad id quod in cauſa ppriũ eſt: nõ inquit me tot incõmoda vexãt: ſed quod aliarũ puellarũ cõſuetudine noſter torus violat. ¶ Quelibet: nullo adhibito iudicio: ſed p libidinis furore cuiuſq; vteris lecto. Nõ ego par.

Alous. Her. cũ hoſpitaret apud aloũ arcadie regẽ: eius filiã clam ſtuprauit: pater recognita nautis quibuſdã mergendã dedit; vrgẽte partu ad parthe niũ arcadie montẽ expoſita inter virgulta puerũ peperit: ſed ipſa ad nauẽ rediit relicto infante ad cnapliũ arcadie portũ cũ deſcẽdiſſet: naute puellã dono dederunt quibuſdã mercatoribus in aſiam pfecturis: qui illã Theuthramo Miſie regi detulerũt: expoſitũ infantẽ cerua nutriuit: paſtores cũ

Aucupor infelix incerte murmura fame.

Speſq; timor dubiam. ſpeſq; timore cadit

Mater abeſt. queriturq; deo placuiſſe potenti:

Nec pater amphitryon: nec puer ilus adeſt.

Arbiter Euryſtheus ire iunonis inique

Sentitur nobis: iraq; longa dee

Hec mihi ſferre parum eſt: peregrinos addis amores

Et mater de te quelibet eſſe poteſt.

Non ego parthenijs temeratam vallibus augen:

Nec referam partus Ormeni nympha tuos:

Nec tibi crimen erunt teuthrantia turba ſorores:

Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.

Thelephus. illũ inueniſſent ad corytũ regẽ tulerũt: qui puerũ loco filij educauit: ⁊ quoniam a cerua nutritus ſit Thelephus eſt appellatus. Orme. nym. Aſtidamiã Ormenij filiam: quam cũ pater herculi negaſſet hercules expugnata vrbe ⁊ interẽpto ormeno puellã rapuit: ⁊ ex ea Teſiphã filiũ tulit. Theu. tur. quinquaginta theſpidis Erychthei atheniẽſis filias intelligit: quas hercules vna nocte ſtuprauit: cũ pater ad ſacra vocatus: aſtu vino nimio ingurgitatus

Theſpiades. iaceret ex quibus quinquaginta liberos genuit: qui theſpiade ſunt cognominati: ex his. ij. thebis. vij. theſpis mãſere. Reliqui duce Iolao in ſardiniã nauigarũt vbi cãpeſtri loco coloniã duxerũt turbã theutrãtiã nõ a Mi

Theutrãtia. ſie rege theutrantro: vt aliqui putarũt appellauit: ſed a theutrãto attice oppido: vbi pictura viſebat admirãda: vt hec ab Her. geſta ſunt ad quã viſendã germanicus ceſar ſuo carmine deſcẽdiſſe teſtatur.

VBER. ☞ Aucu. inquiro perſcrutãdo multos. Murmu. i. voces. Fa. in. ſ. de te. Speſq; te. i. interdũ ſpes vincit timorẽ: quẽ habeo de te: interdũ timor vincit ſpẽ. mater ab. dicit quod in abſentia herculis nõ hz aliquẽ qui eã cõſolet. Mater. ſ. tua alcmena. abeſt. ſ. hinc. erat enim deyanira in thracine: vbi regnauit ceix quando ſcri. hãc epiſtolã. Deo po. i. ioui. Pr. ſ. tu. Puer. i. filius nr. ¶ Arbi. eury. i. cũ oẽs alij deſint ſolus euryſtheus ſentit a me: q: quotidie nouos tibi imponit labores quibus me torqueri neceſſe eſt. Arbiter dr qui toti alicui iudicij hz potẽtiã: inde arbiter dr qui hz auctoritatẽ alicui rei. ergo arbiter. i. executor: voluntate enim iunonis labores Her. impabat: vt ſupra diximus. Verg. ⁊ rerũ mille labores rege ſub euryſtheo. Sẽtit: quaſi pniciosus. nã ſentimus ppᵉ que nos ledũt. Lẽta. i. lõga ⁊ diu durãs. Parũ eſt: nõ ſufficit. Ferre hec. i. pati hos dolores ⁊ timores de piculis vite tue. Peregrinos. i. peregrinarũ mulierum. Quelibet. i. quecũq; mulier. nã iã nulla eſt quã nõ tẽtes. De te. i. ex te cõpreſſu ⁊ coitu tuo. ¶ Nõ ego: cõmemorat quaſdã puellas quas dicit fuiſſe cõpreſſas ⁊ violatas ab hercule: eſt aũt occupatio. dicit enim ſe nõ eſſe dicturã cũ maxime dicat augẽ. ſic legendũ eſt: nõ aũt anguẽ. fuit aũt auge aloei regis archadie filia ab hercule cõpreſſa: ex quo grauida facta peperit filiũ qui poſtea Thelephus dictus eſt. anteq; vero pareret aloeus ei pr cognito tumore vẽtris filie nõ credẽs eã grauidã ex hercule: tradidit eã cuidã naute mergẽdã: illa naui impoſita doloribus partus vrgẽtibus impetrauit vt i terrã exponeret; tanq; ad rẽ neceſſariã ⁊ filiũ apud parthenium mõtẽ i quadã ſylua peperit. deinde miſa naute ſalutẽ pter ſpẽ pris cõſecuta data eſt dono quibuſdã ex Caria i aſiã pficiſcẽtibus: qui eã Theutrãti miſie regi dono dederũt infans a paſtoribus Coryti regis apud partheniũ reptus eſt: cui cerua vbera prebebat: quẽ poſtea corytus p filio educauit: ⁊ thelephi nomẽ ei impoſuit: q: a cerua nutritus eẽt. Nã elephos grece ceruũ ⁊ ceruã ſignificat. hic poſtea querẽs matrẽ accepto reſpõſo in miſiã venit: vbi inuẽta matre apud theutrãtã cognitus cum eſſet filius in magno honore habitus eſt: theutras filijs maſculis carẽs ei argiopẽ filiã deſpõſauit ⁊ regni ſucceſſorẽ reliquit: qui poſtea tpe belli troiani volẽs reſiſtere grecis: ne ad troiã irẽt per miſiã ab achille grauiter vulneratus eſt: quo vulnere quõ poſſet ſanari accepto reſpõſo ab apolline ab eodẽ achille iterũ vulneratus ſanatus eſt. inde Oui in. ſ. de reme. Vulnus achil. que. qui. fe. ho. Vulneris auxiliũ pelias haſta tulit. Stra. lib. xiij. variat opinionẽ huius fabule. ¶ Temeratã: viciatã. Parthenijs: arcadicis. Ormeni enim aſtydamiã dicit



filiã ormei regis. quã cũ her. dari ſibi coniugẽ petiuiſſet. pater renuit: ſciẽs eũ habere deyanirã: ⁊ her. indignatus regi bellũ intulit: captaq; vrbe ac rege interfecto aſtydamiã captã vitiauit genuitq; ex ea Chryſippũ filiũ. diodo. ſcri. Nec ti. cri. i. nec etiã crimini a me tibi dabit: quod tot ſorores cõpreſſeris. Teut. miror cur quidã teſtitia turba legendũ putet niſi librariorũ: quod magis credo culpa ſit. Nã nõ teſtius vel teſtitius ſz theſpis athenienſis. vt Diodo. ſcri. a quo theſpienſis regio denominata eſt quinquaginta filias ex pluribus feminis genuit: quas oẽs hercules adhuc puer ⁊ ls labore pſtãs cõpreſſit: ⁊ ex eis quinquaginta genuit filios oẽs mares. qui Theſpiades dicti ſũt: quos per iolaũ in colonias trãſmiſit: ſz cur dixerit Teutrantia turba nõ ſatis ɔpertũ habeo: cũ theutras regnauerit in miſia niſi herculeos: ẽt in miſia ſiue teutrãtia regiõe fortaſſe alias ſorores cõpreſſerit: ſz nihil apud quẽq; legat quod meminerim: ſz oĩa aut nõ ſunt mãdata literis aut nõ extant quapropter nõ auſim textum corrumpere.

ASCEN ☞ Fatet vber. ignoraſſe cur turba theutrãtia poeta dixerit tu vero dic theſpiã a theſpiade fuiſſe cõditam ſicut aũt nõnulli ſcribũt a theſpio teuthrãtis filio pãdioniſq; nepote quare teutorãtia turba theſpij. vocare filie ab auo teuthrãte ⁊ eſchylus in tragedia Agamẽnone theſpiã vrbẽ teuthrãtis appellauit author politianus.

☞ Nec puer. i. filius ilus. ſ. nomine: erat enim filius herculis ex deyanira. Hiſtorie ſatis aperte ſunt ſupra. Nõ ego parthenijs ⁊c. commemorat herculis adulteria: parthenus mons eſt archadie: in quo virgines venari ſolent vnde ab eis nomẽ ſumſit: nã parthenice virgo dr anguem autem vocat filiam aloi quod partum ſuum dereliquit vnde temeratã. i. violatam dixit genere feminino. Ormeni nympha: vocatiuus eſt nominis patronymici. Nam declinatur hec ormenis huius ormenidis ⁊c. o ormeni: ⁊ fit a nomine ormenus ormeni addendo s literam. eſt autem aſtidamia ormeni filia.

Vna recens crimen refertur adultera nobis.

Vnde ego ſum lydo facta nouerca lamo.

Meander toties qui terris erat in iiſdem

Qui lapſas in ſe ſepe retorquet aquas:

Vidit in herculeo ſuſpenſa monilia collo:

Illo cui celum ſarcina parua fuit.

Non puduit fortes auro cohibere lacertos.

Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris.

Nempe ſub his animam peſtis nemea lacertis.

Edidit. vnde humerus tegmina leuus habet.

Auſus es hirſutos mitra redimire capillos:

Aptior herculee populus alba come.

Nec te meonia laſciue more puelle

Incingi zona dedecuiſſe pudet.

Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago:

Efferus humana qui dape pauit equos.

Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto:

ANTON. ☞ Re. ad. de Omphale Iardane filia lydorum regina dicit. apud quam Her. ſeruiuit Nã cũ iphitũ

Omphale ex turri tyrintia pcipitaſſet cede purgari nõ poſſe ex oraculo tulerat niſi venderet: pretioq; iphiti liberis ſatiſfieret venditus omphale in ſeruitio latronibus regionem purgauit cecropes trucidauit. Syleũ qui viatores ad opus vinearũ cogebat ligone ſuſtulit. Demũ factus liber ex omphale filiũ lamũ genuit vt Diodo. Auctor eſt. ¶ Lamo. ly. q: ex lyda omphale natus eſt. ¶ Meãder to. mean

Meãder der fluuius inter miletũ prienẽq; egredit: diſcurrit p phrygiaz ſeparat a Caria Lydiã ad cãpos qui Meãdri dicũtur flexuoſuz: ideo Stra. ſcri. eſſe quoniam multum accipiat limi: ⁊ vario impetu modo ad hãc modo ad aliam adijciat ripam. Vnde obliquitates oẽs. Meandrũ veteres appelarunt. ¶ Suſpenſa: monilia. Her. vt Dio. placet apud omphalẽ pro ancilla interdum ſeruiuit clauã leonis pelleſq; arcũ ſagittaſq; omphale conceſſit geſtare: ipſe vero monilia: gẽmas: mitram: zonã ceteraq; mulierũ geſtamina ſumſit: neutq; interdũ. Auro manicas phrygũ lydorumq; geſtamẽ. Thoris: ſo. brachijs fortibus: ſolum lingua oſcorũ integrum dici Verrius eſt auctor: vñ ſolũ: ſolidũ. ¶ Peſtis. ne. leonẽ quez in nemea ſylua interemit: Her. intelligit hoſpitatus apud molorchum paſtorem. ¶ Tegmina. leonis pelle ſiniſtrum humeruz tegebat victorie monumentum: Mitra barbarorũ ornamentum ex qua pendebãt faciole que philtra dicebantur quoniam filiorũ inſtar dependerent Po. alba eſt ⁊ aliud genus que nigra eſt. vt ſcribit Plinius. Eſt alba populus Hercu. ſacra qua ſacrificantes huic deo coronabãtur. zeno meonia: cingulo femineo more lydo. ¶ Imago crudi diomedis is ẽ qui thracia ad tharitidam oppidũ ceſis hoſpitibus equos alebat: qua pena ipſum Her. mulctauit: equos do

Diomedes thracius. muit: et ad ale. tẽpora illorũ genus ſuperfluit. Buſiris. neptuni ⁊ lybie apaphi filius. in egypto in locis nilo vicinis tyrannidem exercuit: hoſpites

Buſiris. mactabat. Her. ipſum peremit: cum ex aphryca in egyptum permearet In iſto cultu: qui non ad viros: ſed ad molliſſimas puellas conueniret.

VBER. ☞ Vna re. nõ de iole intelligit: ſz de omphale. lydorũ regina: cui her. ita ſeruiſſe dr: vt oĩa faceret que imperaſſet vñ Teren. in Eu. Qui minus huic quã her. ſeruiuit omphale: ex hac genuit her. lamũ filiũ: vñ dicit dyanira. vñ ex qua omphale. ¶ Sũ fa. no. la. q: cũ ſim vxor tua ille eſt factus priuignus meus. Lydo et lyda: vt diximus lydi ſunt po. aſie qui aliqñ Meonij dicti ſunt: neq; vllo pacto intelligendũ eſt de iole: q: ex eã nõ ſuſcepit lamũ: neq; ex lydia. aut Meonia fuit ſicut hãc fuiſſe oſtẽdit: cui her. ſeruiſſe dicis. Meãder. fluuius lydie: aut vt Seruius dicit carie que eſt vicina Lydie. Qui. her. i. labitur ⁊ nauigat. ¶ Toties ſe. q: ita flexuoſus eſt: vt in ſe videat recurrere. Retorquet: reflectit. Moni. ornamenta muliebria: que teſte Seruio etiã ſegmẽta dicunt. que tãtũmodo mulieribus cõueniebãt. inde. Iuue. virũ obiurgat quod ſegmẽta induat. Segmẽta ⁊ lõgos habitus: ⁊ flãmea ſumit ⁊c. Illo. ſ. collo parua ſar. paruũ onus. ſuſtinuiſſet etiã maius. Nõ. p. pluribus verbis vituperat her. de hac mollicie. Cohibere aſtringere. Solidis. fortibus. Thoris. i. toroſis. i. pulpoſis ⁊ neruoſis mẽbris Perſius. multũq; toroſa iuuẽtus Nẽpe: oſtẽdit turpiſſimũ eẽ exornare molli ⁊ laſciuo habitu brachia que res magnas ⁊ dignas laude geſſerit quales

ſunt ħs cōmorat Peſtis ne. i. leo ne me⁹ quē interfeciſti: in cui⁹ fati memoriā geſtas pellē ipſus leonis. Leuus hu. i. ſiniſter: nā humerū dextrū ferebat her. exertū ꝛ detectū: vt eēt expeditior. Nemea vt ſcribit Stra. ſylua eſt īter Eleonas ꝛ philiontē in qua argiui ſacra faciebāt vbi her. Nomeū leonē occidit: quē interdū poete appellant Cleoneū a cleone oppido nemee ſyluę ꝓpinquo. Luc. Ille cleonei ꝓiecit terga leonis. Mitra teſte Seruio nomē barbarū ē pileus incuru⁹ de quo pēdebat buccarū tegmē q̄ vtebant̄ lydij ꝛ phrygij. Iuue. Ite q̄bus grata eſt picta lupa barbara mitra: cōueniebat aūt mulierib⁹ ꝓcipue aut viris mollior ib⁹ ꝛ effeminatis. Uer. Et nūc ille paris cū ſemiuiro comitatu. Meonia mētū mitra crinēq̄ madentē ſubnix⁹ ꝛc. Redimire. i. ornare. i. addere redimicula: q̄ ex mitra pēdebāt. inde Uer. li. ix. Et tunice manicas: habēt redimicula mitra. Popul⁹. i. corona populea. Meonia zo. i. zona ipſius omphale. Dedecuiſſe: turpe tibi fuiſſe. Her. eīn ita omphale dedit⁹ fuit. vt oīa q̄ illa iuberet faceret. ꝛ cū ſuo cultu inſtruxiſſe refert. Ouid. ij. faſtoꝝ. Dūq̄ parāt epulas: porādaq̄ vina miniſtri. Cultib⁹ alcidē inſtruit illa ſuis: ꝛ q̄ ſequunt̄. Nō. ti. cōmemorat ei⁹ aūt acta fortia: q̄ deberēt ipm deterrere a talib⁹ laſciuijs. Succurrit: venit in mentē. Crudi violēti: ꝛ inhumani. Effer⁹. valde ferus. Pauit aluit. Hu. dape. hic Trax Tyrānus ſeuiſſim⁹ hūanis hoſpitū carnib⁹ equos equaſq̄ ſuas alebat: ꝛ capita ſuis tectis affigebat quē her. interfecit: ꝛ eodē ſupplicio affecit: quo ille hoſpites. ¶ Si te vi. Buſiris rex egypti ad ꝓuocādā nili inūdationē hoſpites ſolebat imolare. hoc gen⁹ ſacrificij primū exptus eſt in Traſion. a quo ſibi monſtratū fuerat. Qui de arte dicunt̄ egypt⁹ caruiſſe iuuātib⁹ arua. Imbrib⁹ atq̄ ānos ſicca fuiſſe nouē. Cū traſi⁹ ꝛ q̄ ſequūt̄. cū aūt vellet immolare ēt herculē: hercules eū interfecit. Iſto cultu: iſto ornatu muliebri ꝛ laſciuo.

ASCEN ☞ Una recēs crimē referet adultera nobis referet. i. recēſebit̄. nobis. i. a nobis: nec ſtat ꝓſus ſi legat̄ refertur lege ergo referetur vt ſit ſenſus. omiſſis alijs dicā de vna adultera q̄ crimen recēs cōmiſit ſʒ emphaticos dicit eā crimen nō criminoſam: ſicut comicus celeſtum ſcelus: ꝛ ſenēʒ ſenium vocat. Criſſaq̄ robuſtiore. Iuu. ſat. ij. Uos lanaʒ trahitis colloq̄ pacta refertis Uellera: vox tenui: pregnantem ſtamine fuſum. Penelope melius leuius torqueris arachne.

ANTO. ☞ Eras pudēdus: puderet buſiridē fateri ſe victū in tāta mollicie. Anthe⁹: hunc terre filiū tradunt: qđ ideo veteres finxiſſe ſcri. Euſebius: qm̄ eſſet paleſtre certaminumq̄: q̄ in terra exercent peritiſſim⁹ Hercules alti⁹ ſublatū ꝑemit. Detrahit ſi fieri poſſet detrahere conetur. Puellas. ionicas Omphales: lidie pediſſe q̄s. ionia Aſie pars minoris. Meonia. ionia lidia. Mygdonia iungunt̄ adeo vt vix aſſignari poſſint limites. vt ſtrabo. meminit. Uñ poete hec noīa ꝯfundere cōſueuerunt Calathus: quallū ſiue quaſſillū ſiḡt quo puelle ꝛ vnguēta ꝛ lanas recondūt. Repēdis: in idē pōd⁹ filās deducis. Scutice tremefact⁹ habenis. ex corio ſcutica fiebat ad verberādos ſeruos: nā ſcytō latine corīū int̄ ꝑtamur. Diſſimulanda: que in eo habitu: erāt tacenda. Hydros eliſos. infantem Herculeʒ angues geminos trucidaſſe ſcripſimus. Ut tegeus aper: aprū ex arhcadia viuum ad Euryſteum ꝑtulit quo mōſtro ꝑterritus in ereo vaſe ſe clauſit. Tegee archadie oppidum. Erymāthus in erymantho Archadie mōte. aper q̄ regionem vaſtabat ſtabulari conſueuerat. Affixa penatibus ora. Diomedes Thracie rex hoſpitū ora: quos appōebat eq̄s deuorandos hoſtibus affigebat Prodigiumq̄ tri. de geryone intelligit: quē tricorporem fuiſſe ſcribūt. qđ ideo fictum eſſe ſcribit Dio. qm̄ Criſaurus tres habuerit filios fortiſſimos ꝑ pugnatores cū tribus exercitibus q̄bus ſingulari certamine ſuperatis hercules boues in italiā abegit. Hiberi hiſpani. in hiſpania regnauit Gerion In tribus vnus erat. erat gerion vnus ex tribus corporibus. Inq̄ ca. toti. Cerberum ab inferis traxiſſe herculē in fabu. eſt Echateus mileſi⁹ ſcribit ſerpentem fuiſſe in Tenaro Laconie ꝓmōtorio: cuius veneno mortales extinguebātur. ꝛ qm̄ in tenaro ad inferos dr̄ eſſe aditus. Ditis canē dixerunt: quē cum hercules trucidaſſet: nata eſt fabula herculem Canem tricapitē interemiſſe. Implicitis an. nam pro pilis angues hēbat ꝛ ideo cētū geminū Cerberū horatius appellat. Queq̄ redū. vulnere ſerpēs Hydram lerneā ſiḡt: quam alij cētū alij q̄nquaginta habuiſſe ceruices ſcribūt ex q̄bus ſi qua āputaretur due renaſcebātur. Quam hercules adiutus ab iolao ſuꝑauit qui illius iuſſu flamma inurebat: ſi quam hercules imputaſſet. ſtrabo hydrā fuiſſe ſcribit. Lerneā paludem quā hercules ſiccauit. Fecundo vulnere: quoniam ex qua amputata renaſcebantur gemine ceruices

Calathus

Scutica.

Eriman thus.

Geriones

Cerberus

Huic victor victo nempe pudendus eras.

Detrahit Antheus duro redimicula collo

Ne pigeat molli ſuccubuiſſe viro.

Inter ioniacas calathum tenuiſſe puellas.

Diceris: ꝛ dominę pertimuiſſe minas.

al's fugis.

Non pudet alcide victricem mille laborum.

Raſilibus calathis impoſuiſſe manum:

Craſſaq̄ robuſto deducis pollice fila

Aequaq̄ formoſe penſa rependis here.

Ah quoties digitis dum torques ſtamina duris

Preualide fuſos comminuere manus.

Diceris infelix ſcutice tremefactus habenis

Ante pedes domine pertimuiſſe minas

al's immania ſemina laudum.

Eximijs pompis preconia ſumma triumphi:

Factaq̄ narrabas diſſimulanda tibi.

Scilicet immaneis eliſos faucibus hydros

al's infandis.

Infantem caudis inuoluiſſe manum

Ut tegeeus aper cupreſſifero erymantho

al's incubuit.

Incubat: ꝛ vaſto pondere leſit humum.

Non tibi threicijs affixa penatibus ora.

Non hominum pingues cede tacentur eque.

Prodigiumq̄ triplex armenti diues hiberi

Geryonis quamuis in tribus vnus erat



Inq̄ canes totidem trunco digeſtus ab vno

Cerberus: implicitis angue minante comis

Queq̄ redundabat fecundo vulnere ſerpens.

al's fertiliter.

Fertilis ꝛ damnis diues ab ipſa ſuis:

Quodq̄ inter leuumq̄ latus: dextrumq̄ lacertum.

☞ Pudendus eras: ideſt fuiſſet ei pudor a te victi. Detrahit ꝑ detraheret: ideſt auferret. In ionicas puel. i. Meonias: nam Ionia regio aſie eſt finitima. Meandro. Domine. omphales. Nō fugis nō caues. Raſilibus. politis: quaſi raſis. Uergi. et torno raſile buxū. Craſſa: ideſt magna. nō aūt legendū eſt groſſa: Deducis. nes. Rependis: ad penſuʒ reddis. Tu quoq̄. ſicut ancille. ¶ Comminuere fregere. Habenis. loris. Preconia. laudes. Triumphi: victorie tue. alij codices habēt. Eximijs pompis immania ſemina laudum. Diſſimulāda. celāda tacenda. Scilicet. dixit ea que narrat hercules. Eliſos. ſtrāgulatos: ꝓfocatos Inuoluiſſe: diuiſis ſyllabis legēdū eſt. ſicut alibi. Debuerāt fuſos euoluiſſe meos. Immanes hi. maximos angues. ſupra diximus hāc fabulam Tegeeus: archadicus. Erymātho. mōte archadie. illic eīn interfecit aprū vaſtantē regionem. Incubat. iacet. Penatibus. tectis. Threicijs: ideſt Diomedes. Ora. capita. Eque pingues. ſupra viſa eſt fabula. Prodigium triplex geryones: vt fabule tradunt: rex regnauit in gadibus hiſpanie quē locū Erytrā appellant: quē tricorporē fuiſſe fabulant̄: ditiſſimūq̄ pecoris: qđ hercules eo ſuperato in italiā aduexiſſe dr̄. Diodo. dicit Chriſauri filios trib⁹ magnis exercitibus fidētes ab hercule ſuperatos: ꝛ greges boū deuicta hyberia ſecū abductos. Prodigiū monſtrū. Triplex. tricorpor. Hyberi: hyſpani Geryones prime eſt declinatiōis. declinat̄ eīn ſicut acchilles. Unus erat in tribus: q̄r vnus erat lʒ tria corpora haberet: ſm fabulas. Cerberus. monſtrū eſt tria capita habēs: dr̄ aūt veſtibulū tartari ſeruare. hūc cerberū triplici cathena vinctū hercules ad ſuperos iuſſu Euryſtei traxiſſe dr̄ cum prius athenis myſterijs Eleuſine cereris initiatus fuiſſet. In to. ca. i. in tres vt geriones. i. totidē capita canina ab vno trun. i. ab vno corpore. Digeſtus. diuiſus. Queq̄ redū. Sperpentē dicit lerneā ex cuius corpore: vt Diodo ſcri. centū ꝓdibant ſerpentū capita ꝛ ceruices: quarū ſingulis ceſis due renaſcebant̄: ob eamq̄ re minime vinci poſſe videbat̄: cū pars amputata validior efficeret̄: hanc difficultatē her. arte ſuperās iolaū monuit: vt inciſam ceruicē ſubito face lignea inureret: ne ſanguis afflueret: hoc pacto ſuperata belua ſagittas ſuas eiꝰ ſanguine tinxit quo illarū vulnus mortiferū redderet̄. Redūdabat: abūdabat: ꝛ validior efficiebat̄. ¶ Diues. i. f. d. q̄r quantomagis amputabat̄: tāto plura capita habebat: vt ſup̄ a dictū eſt. ¶ Q̄dq̄ inter: antheū intelligit filium terre corporis robore ac paleſtra preclaꝝ. in lybia: q̄ multos externos ſecū certamine cōgreſſos occiderat. hunc her. et. viribus ꝛ arte ſuperatū interfecit. nam cū vires a terra matre aſſumeret ſimulās ſe cadere. her. eū ita ſuſtulit vt cum terram tangere nō ſineret: ex quo ille matris auxilio priuatus inter lacertos her. eliſus expirauit.

ASCEN ☞ Diceris infelix ꝛc. enumerat her. egregia facinora cū deteſtatiōe p̄ntis dedecoris qđ patit̄ in ſeruiēdo adultere. Infantē caudis inuoluiſſe manū. dieresis eſt in dictiōe inuoluiſſe. nā pētaſyllabā fecit vt. tegee aper. ſic legendū eſt nā tegea primā ꝛ ſcđam corripit. vt. v. enei. tegee de ſanguine gētis: vbi alij legūt. tegee ſanguine gētis: ſed vtroq̄ mō duas priores corripit nec legendū eſt in cupreſſifero: verū licētioſus eſt verſiculus q̄r vocalis ante vocalē: neq̄ abſumit̄ neq̄ corripit̄: ſicut nec ibi in acteo aracyntho. Nec tibi threicijs nō thraicijs. Nā Uer. Treicijs vtit̄ nō thraicijs. Geryones: legit̄ geriones in ꝑtō etiā interdū prime declinationis potius q̄ geryon. Queq̄ redundabat. Serpens cōis eſt generis. leuūq̄ latus ſic legendū eſt. nā ſi de pleriſq̄ verſum depraua ueris.

Per graue compreſſa fauce pependit onus

Et male confiſum pedibus: formaq̄ bimembri

Pulſum theſſalicis agmen equeſtre iugis

Hec tu ſidonio potes inſignitus amictu

Dicere: non cultu lingua retenta ſilet:

al's iardanis

Se quoq̄ nympha tuis ornauit Iardanis armis

Et tulit e capto nota trophea viro:

I nunc tolle animos: ꝛ fortia facta recenſe.

Quod tu non eſſes iure vir illa fuit.

Qua tanto minor es: quanto te maxime rerum.

Quam quos viciſti: vincere maius erat

Illi procedit rerum menſura tuarum.

Cede bonis: heres laudis amica tue eſt.

O pudor: hirſuti coſtis exuta leonis:

Aſpera texerunt vellera molle latus.

ANTO. ☞ Per graue onus. Antheū ſignificat: quē altius ſublatū ab her. ne matris auxiliū ſentiret trucidatum diximus. ¶ Agmē equeſtre: centauros exprimit. qui ſuperna parte viri inferna equi tradūtur hos her. trucidauit cū in domum Pholi centauri impetū facerēt: ad odorē vini accurrētes: qđ Diony. pholo dederat: vt in aduentu her. aſſeruaretur ceciderūt in ꝓlio Agcus amphiō: hyporiō: Orios Joſphles. Melāchetes: Thereos: Derpos Phryſus. Pholus in ſepeliēdis centauris cū her. ſagittas admiraret̄: ſeipſʒ vulnerās cecidit her. illū ſepeliuit ꝛ mōti nomē dedit q̄ adhuc in theſſalia pholus dr̄: alij tradunt iđ hos ſemiequos putatos in theſſalia qm̄ primi theſſali ex equo pugnare reꝑerūt. Cōfiſam pedibus: hoc aūt ad ꝑnicitatē centauroꝝ referendū eſt: vel q̄ ꝓpugna terra mr̄ centauroꝝ nebulas miſit: vt madēti ſolo her. laberet̄ ¶ Iugis theſſa. in mōtibus theſſalie: pugna hec in Pholo monte geſta dicitur. Amictu ſidonio: ornatu purpureo. Sidon vrbs Phenicie. vnde preſtantior inficiebatur purpura. ¶ Nympha lardanais: nō dardanis legendū eſt: ſed lardanis: erat eīn vt diximus omphale lardani filia: q̄ ꝛ clauem et leonis pellem ꝛ cetera her. arma geſtare voluit. Mēſura amplitudo rerū geſtarū. ¶ Procedit illi ad omphales laudē accedūt. Cede bonis tuas laudes nō iactites: ꝛ eſt ab his tralatio quoꝝ maius eſt es alienū: quā ſumma: qui cū ſoluere nequeāt bonis cedunt. O pudor. ab exclamatione pathos mouetur. ¶ Molle: laſciue puelle. ¶ Fere: leonis tu inquit leoni pellem detraxiſti: omphale vo te illa ſpoliauit. atra. tincta ſanguine. lernee hydre

Cētaur⁹.

Pholus.

Sidon:

Falleris: ⁊ neſcis non ſunt ſpolia iſta leonis:
Sed tua: tuq; fere victor es: illa tui.
Femina tela tulit lerneis atra venenis
Ferre grauem lana vix ſatis apta colum:
Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum.
Vidit ⁊ in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hec tamen audieram: licuit non credere fame.
En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi que patior diſſimulare licet:
Non ſinis auerti mediam captiua per vrbem
Inuitis oculis aſpicienda venit.
Non venit incultis captarum more capillis
Fortunam vultu faſſa tegente ſuo.
Ingreditur late lato ſpectabilis auro.
Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras:

quod venenū fuit. Hoc eīm audierā: tranſit ne querimoniam preſentis facti dedecore iuſtā iudicet: q̄ cū omphale inquit turpiter geſta ſunt q̄ tm̄ audiui negari potuerunt: ſed de iole diſſimulare nō l3. ad ſenſus: viſum indicat. Nā more regio incedentem iolē viderat qd̄ de amore. her. coniecturam faciebat. Aduena pellex: iolē ſignificat. q̄ ex oechalia Tyrinthū ducebat. ¶ Per vrbē: tyrinthū: vbi deyanira degebat. Nō venit in cul. coniecturā firmata ſignis paſſis crinibus regie ante triumphū incedebant captiue.

VBER. ☞ Compreſſa: aſtricta. Et male confiſum. Centauri ex ixione ⁊ nube geniti theſſaliā incolentes odore ⁊ vetuſtate vini qd̄ pholus cētaurus a Dyoni. ſibi datū reſeruauerat in honorem Her. cū cū hoſpicio ſuſcepiſſet ebrij facti domū pholi magno impetu igreſſi diripere conati ſunt: quos licet fortiſſimos ⁊ matris nubis imbrē infundentis auxilio vſos Hercu. tamē partim occidit partim fugauit. Male cōfiſum pe. quia velocitate ſua freti effugere nō potuerūt. ¶ Formaq; bimēbri. idest humana ⁊ equina in qua maius inerat robur. ¶ Si donio. i. purpureo qui mulieribus cōuenit: Nō ſilet: nō debet ſilere pre pudore. Cultu: q̄ te nō decet Nympha lardanis. i. omphale. Lardanis. i. phrygia. nam meones ⁊ lydi a dextra ſunt phrygie maioris vt ſcribit Stra. Nec de iole poſſumus intelligere. Ornauit: inſtruxit: armauit. Nota: clara. E capto viro: ex te quē cepit ⁊ triūphauit. I nunc increpatio eſt per irriſionē. Recenſe: narra. Quod. ſ. eſſe vir Tu nō eſſes. i. eſſe nō deberes: q: melius eſſes femina q̄ vir. Qua tāto: dicit q̄ quāto difficili⁹ fuit Hercu. vincere ſeipſum: q̄ eos quos vicit: tāto eſt omphale eo maior: q: vincit eū. Procedit. i. euenit Heres tue laudis: q: tu ex ea decidis: ⁊ ipſa ei ſuccedit. O pudor: amplificat hoc dedecus Her. q̄ paſſus ſit amicā tegmine ſuo ⁊ armis inſtrui. Vellera: pellis. Exta coſtis: diximus ſupra ex pelle leonis Nemei Her. feciſſe ſibi tegmē corporis. Texerunt molle latus. i. feminei ſpolia dicunt que hoſti eripiuntur in victoria: dicit illa pellis quia illa induta eſt: nō ſignificat q̄ tu viceris leonem: ſ3 q̄ illa reuicerit: ⁊ ex te ſpolia abſtulerit. Illa tui: ſc3 victrix. Atra: tincta. Lerneis venenis. Diximus ſupra in fabula hydre lernee. Grauem plenā. Claua. Hercu. enim claua ad domandas feras vſus dicitur: quā Vulcanus ſimul cum thorace ob meritū virtutis ei dediſſe dicitur. In ſpeculo quo mulieres precipue vtuntur: hec autem ſumſiſſe omphalen ſcribit Ouidius lib. ij. faſtorum. Illa capit clauāq; grauem ſpoliumq; leonis. Condita q; in pharetra tela minora ſua. Tantum: ſolummodo: Audieram: nō autem videram. Licuit: potuit. Fame: que de rebus ſupradictis ferebatur. En: demonſtrantis eſt. ad ſenſus ad viſum. ab aure. idest auditu. aduena: peregrina: ⁊ tunc iolen intelligit: Nam vt ſupra videmus enumerauit mulieres: quas hercules amauit vſq; ad iolē. que fuit vltima. Diſſimulare: occultare ⁊ tacere. Auerti: amoueri a me captiua vt ſupra diximus in argumento epiſtole. Oculis meis. Faſſa. idest confeſſa ⁊ teſtificata. Fortunam ſuam. idest aduerſam. Tegente vultum: ſicut ille que ſunt in tam miſera fortuna facere ſolent.

ASCEN ☞ Non cultu lingua retenta ſilet: figurata interrogatio vim increpationis habens: quaſi dicat: debeat maxime refrenari: ⁊ refrenari a cultu cui talia facinora nō congruunt. I nunc: figurata cōceſſio. vim prohibendi cōtinens. Qua tanto ⁊c. ſenſus ⁊ ordo eſt. quia ſcilicet omphale tu es tanto minor quāto maius erat vincere te: o maxime rerū: q̄ eos quos viciſti. Notāda eſt latinitas: quia cū genitiuus tranſcendens aut collectiuum eſt non ſeruatur: neceſſario incongruitas generis. Hor. ſermo. pri. quid agis dulciſſime rerum. Sic optimus prebis ⁊c. o. danaū fortiſſime gentis ⁊c. Illi procedit. i. ad eam. deriuatur. vnde ipſa ſuccedit ⁊ res procedit. Cede bonis: nō quia ſoluendo non ſis: ſed quia illa ſibi ea bona iure vēdicat: ⁊ ita tua nō ſunt. O pudor. ordo eſt. O pudor aſpera vellera. i. viloſa tegmina. Exuta. i. detracta coſtis leonis hirſuti: idest villoſi ⁊ iubati. Texerunt molle latus: ſcilicet lubrice puelle. Falleris. arguta argumētatio ad cōſimilia decēter applicabilis. Et venit ad. ſenſus mollis ab ore dolor. Ordo eſt. Dolor mollis. idest leuis ⁊ tolerabilis. Venit ad ſenſus: idest ad precordia. Ab aure: ex auditu q: cicerone immo experiētia teſte minus afficiunt audita q̄ viſa: minuſq; certa ſunt. Vnde Plaut⁹ plus inquit valet oculatus teſtis vnus q̄ auriti decem.

Dat vultum populo ſublime ſub hercule victo.
Oechaliam viuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa etholide deyanira
Nomine depoſito pellicis vxor erit.
Eurytidoſq; Ioles atq; inſani Alcide

ANTO. ☞ Dat vultum populo ſublime: id non captiuitatis ſed faſtus et imperij ſignū eſt. Viuo parente incedit: vt ſi viuus pater euryſtus, oecalie triumphum duceret: forſitan expulſa hercules pro vxore iolem ducebat: ideo inuidioſe deyanira diuortium videtur obijcere. Aetholide: commemoratio eſt a patria. Aetholia peloponneſi pars dicta ab aetholo endymionis filio: eam tenuerunt reges nobiliſſimi. Agrius. Melas et Oenus: Deyanire pater famoſus. Hymen. Hymeneum infamem

Aetolis. Aetholia



als formoſus

Turpia famoſus corpora iunget hymen
Mens fugit admonitu friguſq; perambulat artus
Et iacet in gremio languida facta manus:
Me quoq; cum multis: ſed me ſine crimine amaſti
Ne pigeat: pugne bis tibi cauſa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis.
Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.
Semiuir occubuit in lernifero q; veneno.
Neſſus: ⁊ infecit ſanguis equinus aquas:
Sed quid ego hec refero: ſcribenti nuntia venit
Fama virum tunice tabe perire mee.
Hei mihi quid feci: quo me furor egit amantem:
Impia quid dubitas deyanira mori:
An tuus in media coniux lacerabitur oeta:
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris:

dicit: quoniā adulteros iungeret. Turpia: adultera ⁊ inceſta. Mens fugit admonitu. pathos mouet ex imagine admonitu rerū tuarū recordatione. Sine crimine: quoniā me geſſi pro cōiuge nō pellice: vt omphale ⁊ iole. Pugne bis tibi cauſa fui: primū cum acheloo: deinde cum neſſo centauro pro deyanira hercules pugnauit. Cornua flēs legit achelous aetholie rex fuit vetuſtiſſimus nomen dedit fluuio: qui inter aetoliā ⁊ acarnaniam fluit cum antea Thoas appellaret: primus poſt diluuiū e terra emerſit. Ideo p aqua veteres acheloum vſurparunt in geor. Verg. poculaq; inuentis acheloia miſcuit vuis: cum hercules p deyanire cōiugio pugnauit: primū ſub forma ſerpentis: deinde vt taurus cui cornu hercules perfregit: qd̄ exceperūt nymphe ⁊ rebus omnibus repletum. Cornucopie eſt appellatū. Hercules cū illuc excepiſſet pro maritali dono Oeneo obtulit: vt in ſophoclis tragedia legit. verū id fictū Strab. teſtat q̄m hercules effluentē in cāpos etholos acheloū in alueū reduxit. Trunca: cui erant cornua abſciſſa. Semiuir occubit: neſſum centaurū intelligit: quē hercules trucidauit: cum in traijciendo Eueno flumine deyanire vim inferre voluerit. Lernifero veneno ſagittis hydre lerne ſanguine infectis ſaucius neſſus occubuit. Sanguis equinus. Neſſus ſemiequus erat: q̄m centaurus: cuius ſanguis erat venenū. Sed quid ego hec refero: aperit factum. vnde exprobatio hec exorta ſit: ſed ita aperte: vt facti penitētia duci videat: ⁊ p cul pe vitione de ſuo interitu deliberat. Venit fama: renuntiat. Tabe: veneno. Tunice mee diximus per Lycam puerū tunicā miſiſſe Deyanirā infectā neſſeo ſanguine. Impiaque virum interemere potuiſti. Oetha: in oetha monte her. ad deos migraſſe diximus: qui ethna pro incendio legunt: obſcura nimis diligentia vſi ſeipſos deceperunt.

Achelous

Cornucopia.

Neſſus.

VBER. ☞ Dat: oſtendit. Sublime pro ſublimiter. i. alte nomē pro aduerbio. Victo: a ſe quē in amore ſubegit. Putes pro putet aliquis. ſecunda perſona p tertia: ſicut apud Verg. Migrantes cernas. Oechaliam patriā ſuam ſtare eſſe in ſtatu ſuo. Forſitā addit ⁊ aliud qd̄ ſit futurū turpius ipſi Herc. q: fortaſſe expulſa ipſa Deyanira accipiet iolen vxorē. Ordo eſt. Iole forſitā erit vxor depoſito nomine pellicis: idest iole q̄ erat pellex: erit vxor tua. Depoſito nomine pellicis: expulſa Deyanira ſc3 me. Aetolide: idest de etolia. Nā deyanira fuit ex etolia. Eurytidos ioles. ordo eſt. hymen famoſus: forſitā iunget turpia corpora ioles eurytidos atq; alcide inſani. Hymen famoſus idest matrimoniū infame: qd̄ erit: ſi me legitima vxore expulſa cōcubinā duxeris. nā famoſus ſemp in malā ptem accipitur cauendū ne legat formoſus: ſed famoſus. Hymen aūt cū ſit deus nuptiarū: ſepe p ipſis nuptijs ponit. Iūget corpora turpia. i. turpiter iūget. Inſani. i. magni. h3 aūt h̄ verſus ſpondeū in quinto loco: neq; vocalis ſequēte vocali abijcit. ¶ Mēs fugit. magis ex cōſuetudine loquēdi hoc dicit: q̄ q̄ mēs poſſit fugere: vt̄ tm̄ ex aliquo timore animus ⁊ mēs a nobis fugere: ergo fugit. i. horret. ¶ Admonitu. i. recordatiōe hui⁹ facti. ſ. ne me relicta aliā accipias. Friguſq; p. Verg. Gelliduſq; p ima cucurrit oſſa tremor. Languida. pigra ad ſcribendum Me quoq; ſicut nūc iolen crimine: q: amaſti me vt coniugē: nō vt adulterā aut concubinā. Cauſa pugne quia bis p me pugnaſti: ſemel aduerſus acheloum: ⁊ iterum aduerſus neſſum. Achelous fluuius ex pindo theſſalie mōte ort⁹ etholiā ab arcanania diuidit. vñ interdū etholie ſiue calidonis: interdū acarnanum fluuium a poetis dr̄: vt eſt videre apud Oui. lib. viij. ⁊ ix. meta. vbi narrat quod nunc hic dicetur: q̄ mutatus in varias formas pugnauit cum her. ꝑpter deyanirā. primū eīm in propria forma luctādo ſuperatus vertit ſe in ſerpentē: ⁊ poſtremo in taurū cui Her. cornu auulſit: quod Naiades nymphe diuerſis floribus ⁊ pomis refertū copie dicauerūt ille pre pudore oībus modis victus ⁊ cornu mutilatus intra ſuū flumē ſe occuluit. ¶ Legit: colligit quaſi fracta. ¶ Tpa. caput. nō tps partē capitis ſignificat. Trūca: mutilata. Limoſa: plena limo. Semiuir: cētaurus qua ex poſteriore pte erat equ⁹ ex priore erat vir. Lernifero ve. nā vt ſupra dixim⁹ interfecta hydra lernea ei⁹ ſanguine ſagittas ſuas tinxit: vt mortiferū haberet ictū. Infecit: tinxit. Sed q̄d ego. dixit poeta interſcribēdū nūciū allatū fuiſſe deyanire: de calamitate her. Quid. i. ad q̄d. q. d. fruſtra: q: nō poteris iā eē me⁹: q: audio te iāiam moriturū. ¶ Tabe: veneno. Hei mihi: cōquerit qd̄ fuit cā hui⁹ tāti mali her. de quo tm̄ ſe excuſat q̄ amore cōpulſa ſit. quo. i. ad q̄d. Impia: inſtigat ſeipāz ad mortē. in media oeta: nā vt ſupra dixim⁹ in oeta mōte theſſalie cōſtructa fuit pyra i qua hercu. cōbuſt⁹ eſt. ¶ Cā tāti ſceleris. i. mortis mariti tui. Eris ſupſtes. i. viues poſt eū. q. d. abſit.

ASCEN ☞ Da vul. ſub. i. in ſublime: aduerbialiter ponit forſitā. Ordo eſt. Forſitā iſta iole erit vxor. ſ. tua. depoſito nōie pellicis. i. nec dicet amplius pellex. ⁊ hoc me ſup. deya. ethlide. i. nobili etholoū gñe: aut etholoum regis filia. expulſa. ſ. me legitimo toro. Declinat etholis hui⁹ etholidis vel dos. vnde ablt̄ius etholide. neq; eſt hec ſinalepha. expulſa etholide. neq; correctio vocalis antecedētis quā pētemimeris forſan excuſet. Euritidoſq;. i. euriti filia a nō hec euritis. patronimicū eīm eſt a patre ſicut etholis a patria. Or hō os corripit in gtō legendū eſt. Euritidoſq; ioles. nā iole triſyllabū eſt ⁊ a vocali inchoat. Turpia. ordo eſt. hymē. i. de⁹ nuptiar aut tor⁹ aut paranymphus. famoſus. i. decēs (⁊ eſt ironia) iūget corpa turpia. i. turpe facin⁹: q: ad illicitos cōcubit⁹ ſicut atq; mala vites incidere falce nouellas corpora inq̄. ioles euritides. i. filie euriti deuicta. ⁊ alcide. i. herculis inſani: geauis eſt v̄ſus: q: ſpōdaicus ⁊ vocalibus nō aſſumptis impeditus: qui ironiā ſignificat aut pōdus iniurie ⁊ dedecoris.

cetera satis explicentur. Sed quid ego hec refero scribenti nuntia venit fama. Bene scribẽti: nam ſi anteq̄ scripsiſſet decreuiſſet propter id facinus ſeipſam interimere fruſtra de pellice cōquereretur. Tunice: ſcilicet interiores quam camiſiam vocant. Hei mihi: ſic corydon. Heheu quid volui miſero mihi perditus auſtrū. Floribus: et liquidis immiſi fontibus apros.

ANTO.

☞ Quid habeo facti. terentiana locutio: quid dignum laude feci. ¶ Mors mea pignus erit: meo exitu fidem faciā me herculi nupſiſſe. Cognoſces ſcies me non degenerare a noſtris maioribus. ¶ Impia quid du. verſus hic ſepe apponit̄ quod fieri ſolet in imprecationibus: aut in excantatione amatoria quale eſt apud Theocri. et ex latinis Vergi. Catullusq̄ hoc genere dictionis vſus eſt quod intercalare hoc eſt quod ſepius inter alios conſereret̄ appellarunt. Deuota ad exitiū damnata: quid ſit deuouere in eum faſtorū locum expoſuimus diligẽtius qui eſt. Huic tibi deuoto carmine dexter adeſt. Sedet depreſſa eſt ad extremā calamitatem ex ampliſſimo faſtigio collocata videretur. Deſertū omnibus literis orbatus. Exſulat tydeus. hic intercepto fratre in venatiōe argos ad araſtrū fugit vnde rum. Alter meleagrū ſignificat quē althea mater cū fatali ſtipite inſſit. Exegit ferrū ſua per precordia mater althea cū penitentia duceretur q̄ ſua culpa Meleager cecidiſſet ſeipſam trucidauit: vt Diodo. ſcri. Pect⁹ auidū: nimio amore inſanū. Habet vires amoris. Neſſus monuit Deyanirā cū vellet ſibi herculē conciliare: vt tunicā infectā ſuo ſanguine mitteret: q̄m amoris vim haberet: factū igit̄ excuſat ab hoſtis calliditate et puellari ſimplicitate quā ſua morte temperare delibera̅t. Illita neſſeo: faret crimē quod infanda morte penſandū eſſe conſtituit. Iāq̄ vale: laq̄o parato ad interitū iamiā peritura ſalutat ſuos Germana gorge. Gorge Oenei filia ex althea: et Deyanire ſoror. Frater adempte: non de Meleagro: qui iam perierat: ſed de Tydeo intelligit. Sed o poſſis: viro ſalutē optat quem in Oeta iam veneno furere nuntiatū erat. Et puer hylle: is erat ex deyanira Herculis filius.

ABER.

☞ Et quid adhuc alia cauſa quare debeat mori dicit enim q̄ cum nullum habeat certum ſignum quare ſit vxor herculis ſi propter eū mortua fuerit: credetur eſſe eius vxor. Et quid habeo. q. d. nihil adhuc. huiuſq̄ pignus: pbatione: confirmata. Tu quoq̄ dicit ſe etiam debere hoc facere vt videatur eſſe ſoror Meleagri: quia ſicut ille ppter amorem Athalante mortuus eſt: ita ipſa propter amorem ipſius herculis vult mori. In medeſt i mors mea. Sororem: quia cognoſces q̄ te imitata ſum Impia. verſus intercalaris dicitur: quia ſepius interponitur: ſicut apud Vergi. Incipe menalios mecum mea tibia verſus. et item. Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnī. Heu deuota domus. moritura Deyanira deflet infelicitatem ſue domus: vt oſtendat ſe non debere dubitare quin moriatur. Deuota. execrationibus infelix. nam (vt ſupra diximus) ſuper illum locum. Deuouit nati ſpēq̄ caputq̄ parens. altheauitam et fortunas Meleagri filij exerra eſt. Acrior. i. acerbior: et infelicior. Alto ſolio. i. quanto maior fuit tanto eſt infelicior. Deſertum: a filiis derelictum. Nuda: orbata. Tydeus germanus: frater meus. Oris: regionibus. Exulat: abeſt a patria. nam cum Menalippum fratrem inaduertenter occidiſſet a patria ſponte abijt: et venit argos ad araſtrum regem: qui ei filiam ſuam argiam vxorem tradidiſſet: et Deiphilen. Polynici: cum ambo caſu quodam in eius regiā veniſſent et vidiſſet cos eſſe quos oraculi reſponſum ſignificauerat: acceperat enī ex oraculo: vt eas daret Leoni et Apro. Tydeus autem aprum ferebat inſigne. polycines v̄o leonem itaq̄ ſm reſponſum oraculi cos ſibi generos delegit. Narrat igitur nunc Deyanira Tydei exilium. Alter ſcilicet Meleager. In igne fatali propter lignum ſiue torrem: quem parce in natiuitate Meleagri althee matri ſeruandum dederant: in quo vita Meleagri conſiſtebat. dicta eſt hec fabula ſupra in epiſtola Briſeidis in eo loco. Fratribus orba. Deuouit nati ſpemq̄ caputq̄ parens. Exegit: tranſmiſit. Ferrum: enſem: q̄ ſe interfecit gladio. Dio. tamē ſcri. cā laqueo vitam finiuiſſe. Deprecor: adiurat herculem ne credat eam hoc doloſe aut inſidioſe feciſſe. Sacerrima: valde ſacra. Tuis thalamis: quia haberes aliam mulierem. Neſſus. narrat quomodo fuerit decepta. Et. i. poſtq̄. Auidus: amans. Hic ſanguis: ſcilicet meus. Texta. i. indumenta. a texendo dicta. ſubſtantiuum eſt. Illita: infecta. Tincta: veneno. Neſſeo: ſanguine neſſi qui erat mixtus veneno lerneo: vt ſupra dictum eſt. Vale: deſerentis eſt. Gorge: erat ſoror Deyanire. Et patria: ſcilicet caludon. Frater: tydeu. Adempte: ablate. Mee patrie: qui eſt exul. nam de Meleagro iam mortuo ſtultum eſt intelligere. Puer. i. filij hylle. hyllus enim filius fuit herculis et deyanire. Nouiſſima: vltima: q: nunq̄ ſumviſura aliam lucem. Sed vt poſſis. i. vtinā poſſis. ſ. valere. Puer: hylle. nam puer et

Et quid adhuc habeo facti: cur herculis vxor
Credar: coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoq̄ cognoſces in me meleagre ſororem
Impia quid dubitas deyanira mori:
Heu deuota domus: ſolio ſedet acrior alto
Oenea deſertum nuda ſenecta premit:
Exſulat ignotis tydeus germanus in oris:
Alter fatali viuus in igne fuit.
Exegit ferrum ſua per precordia mater.
Impia quid dubitas deyanira mori:
Deprecor hoc vnum per iura ſacerrima lecti
Ne videar thalamis inſidiata tuis.
Neſſus vt eſt auidum percuſſus arūdine pectus:
Hic dixit vires ſanguis amoris habet.
Illita neſſeo miſi tibi texta veneno.
Impia quid dubitas deyanira mori:
Iamq̄ vale ſeniorq̄ pater: germanaq̄ gorge:
Et patria: et patrie frater adempte mee:
Et tu lux oculis hodierna nouiſſima noſtris.
Virq̄: ſed o poſſis: et puer hylle valle.



ſeruū ſignificat. et eū q̄ eſt in etate puerili: et filiū: vt hic exitus rei fuit q̄ prius q̄ hercules mortuus eſſet: deyanira (vt in argumēto diximus) audita calamitate herculis (de qua dictū eſt) laqueo vitā finiuit: vt ſcri. Dio. Hyllus vero iole iuſſu p̄ris herculis poſt ei⁹ mortē vxorē duxit: et ex ea p̄le ſuſcepit. ſcribit hec fabula plene ab Oui. li. meta. et etiā deificatio herculis: et multa q̄ ad hunc locū pertinent: que breuitatis gratia nō viſa ſunt narranda. ☞ Impia q̄d dubitas. ſic dido. Qui mererent merita es. et eſt verſus intercalaris. ſicut Ducite ab vrbe domū Heu deuota domus. vt ſuperiores vere oſ̄dit fatale et familie debitū. q̄d patit̄ malum. Nam vt dixi deuotū dicimus quaſi votū additū morti. enea actus eſt a ntō hic eneus: ſicut ab orpheus orpheaz: in ſolo actō corripit penultima noim in eus diphthōgon excutiū. In oris ignotis: q: ad araſtrum fugit. Alter ſcz meleager vel melea grus Nam que grece exeūt in r apud nos exeunt in er et in rus: vt meander: teucer: alexāder: tymber: euander: meleager: vel rus. vnde hic meleager dictū eſt in vocatiuo non per metha theſim: ſicut alexāder vult: ſed a ntō Meleagrus. Deprecor. i. precor ne fit. Nam precamur vt fiat q̄d volumus: deprecamur ne fiat quod timemus.

ASCEN

Deprecor. Precor. ANTO.

¶ In decimam epiſtolam argumentum.

Elegia. ſ. his verbis. Non ſic Leucippus ſuccendit caſtora phebe. Pollucem cultu non claira ſoror. Propriore: q̄ fratrum tuorum. Tangi: moueri: incitari. Troica. arguit a facilitate diſcedendi dicit enim ſe habere omnia parata. Ibis. Pollicetur ei magnos honores in regno troie. Quaq̄ feres: dicit q̄ ei fient honores tanq̄ dee. Adolebunt: cremabunt. Cynnama. genus eſt aromatis odoriferi: ex arbuſcula: quam ethiopia mittit. Ceſa: interfecta ſicut numinibus. Planget: percutiet cum in terram cadet. Dona. allicit eam munerum pollicitatione. Iliades: troiane mulieres. Totaq̄ troia: continens pro contento. ideſt omnes troiani. Ulla. ideſt minima. Feres: accipies. Nec quod: occurrit obiectioni: ꝛ eam refutat: q̄ nulla bella propter eam mouebuntur: et probat id exemplo multarum: que rapte ſunt ꝛ nunq̄ tamen repetite. Concitet: commoueat cōtra me. Que. quaſi dicat nulla. nos ſtultos: ꝛ ſine cauſa. Nomine aquilonis: hiſtoriam tetigit non fabulam. Euriſteus rex athenienſium filias duas habuit formoſiſſimas: quarum Procris nupſit Cephalo: vt ſupra diximus in epiſto. Phedre. Alterā orythiam nomine: cum rex Thraciū vxorem petiuiſſet: ꝛ non impetraſſet: ille parata ꝛ inſtructa claſſe miſit qui eā raperent: ꝛ q̄m ſpirante Borea vēto: qui fauet ex attica in thraciam nauigantibus abducta eſt: datus eſt locus fabule q̄ boreas ventus eam abſtulerit. Nomine parte. Aquilonis: boree Ora: regio. Biſtonis. thracia: nominatiuus eſt caſus ꝛ forma patronymici feminini generis. eſt autem Biſtonium ſtagnum thracie. Pegaſeus: theſſalicus. a pegaſeo ſinu. vnde ſoluit nauem: vt diximꝰ ſupra. Phaſida: medeam. Manu colcha: exercitu ꝛ viribus colchoꝝ. narrata eſt hec fabula ſupra in epiſtola Hypſiphiles: ꝛ in epiſtola medee ad Iaſona.

ASCEN ☞ Utere mādatis ſimplicitate viri. i. tā ſimpliciter: hoc eſt ſine calliditate obſequere: vt ille mandauerat. Candidior. i. melior ꝛ aptior: q̄ bona tp̄a cādidis lapillis ſinabāt Cretes ꝛ Thraces. Ipſe reus ſine te. i. in me oēm culpā aſſumā: nec dicā te ſecutā me: ſed raptā a me. Factū egide. i. theſei: q̄ ipſam priꝰ rapuerat: vt ipſe declarat ī ſequētia. Troica claſſis adeſt. Docet faciliter rapi poſſe ꝛ difficulter repeti. raptā quoq̄ magis venerātā iri: q̄ dīmiſſam: cū p̄ dea apud troiā habēda ſit. Adolebūt. i. incēdēt: cremabūt. Uictima. plāget humū ſanguineā. i. quā ſanguineā faciet. Plāgendo. i. cōcutiēdo cā pectore ſuo. Uñ plāctus p̄prie fit cū p̄cuſſiōe pectoris. ſicut de anna dicit enei. iiij. Unguibꝰ ora ſoror fedās ꝛ pectore palmis Hei mihi: dici ſolet q̄n rebꝰ dicēdis impar eſt qui dicit. Ut hei mihi qualis erat. q. d. eloq̄ neſciā. Tot priꝰ abductis. Argumētū eſt ab exēplis idq̄ rhetoricū atq̄ probabile: ſed nō neceſſario cōcludens. Unde ſallitur paris. Biſtonis ora. i. thracia. Manu colcha. i. exercitu colchico. Cretas accuſatiuus a nominatiuo cres cretis hi cretes hos cretas.

Plangere

ANTO.

☞ Minoida. de phedra: aut ariadna intelligit: quas ex creta rapuiſſe Theſeum monſtrauimus. Uocat: vocati milites dicebantur qui vltra ſtipendiarios colligebātur. ¶ Ueſtre te: ſpartane potentie: nō ſuccūbit aſia: ſed ea eſt q̄ greciam nō formidet. ¶ Pene puer: exēplo ſuā formidinem probat Silices troiana armēta abigebāt. Paris qui tūc in Ida pecora paſcebat cilices repreſſit: armētaq̄ ab acta reduxit. vnde a robore et virtute corporis Alexander eſt nuncupatus. Herculem quoq̄ alexandrū corporis fortitudine appellatum ſcribit Uar. Alterum vero non iudicium eſſe tradunt. q̄m inter paſtores queciūq̄ exorte fuiſſent controuerſie: cōponere iuſtiſſime conſueuerit. Ilioneus. Deiphebuſq̄ fuit paris paleſtra ꝛ ſagittatione valuit qua hector ſuperatus ira p̄citus paridē trucidaſſet niſi ſibi fratrē a paſtore regio qui illum educarat eſſe agnouiſſet. Ilioneus. phorbātis filius fuit De quo Uerg. meminit. Deiphebus ex Priamo et Hecuba natus eſt. Cominus. in paleſtra. Non potes hec illic nihil in iuuenta. Menelaum geſſiſſe: iactare potes. Mea arte: ſagittationē et paleſtrā intelligit. Quid valeam: qua ſim fortitudine. Cui emphaſim habet hec dictio: que ſagittatione ꝛ paleſtra valet: qui potentia ꝛ opibus pollet: qui dijs immortalibus gratus eſt: qui ſui ꝛ ſuorum virtute totam non timet greciam. Aut igitur nullo: colligit epiſtolam abigēs quidquid Helenam terrere potuiſſet: duo inquit times quominus Troiā petas: ne repetita reſtituaris aut ne laceſſiti bello te reddere cogamur: immo aut omnino non repeteris: aut ſi bello troianos greci tentarint turpiter ſuccumbent. Dorica caſtra. Dores populi in peloponneſo cum inde pellerentur. Parnaſum tenuerunt: deinde per Heraclidas reſtituti multas

Te quoq̄ qui rapuit: rapuit minoida theſeus:

Nulla tamen minos cretas ad arma vocat.

Terror in his ipſo maior ſolet eſſe periclo.

Queq̄ timere libet: pertimuiſſe pudet.

Finge tamen ſi vis ingens conſurgere bellum

Et mihi ſunt vires. ꝛ mea tela nocent.

Nec minor eſt aſie quam veſte copia terre.

Illa viris diues: diues abundat equis.

Nec plus atrides animi menelaus habebit

Quam paris: aut armis ante ferendus erit.

Pene puer ceſis abducta armenta recepi

Hoſtibus: ꝛ cauſam nominis inde tuli.

Pene puer iuuenes vario certamine vici:

In quibus Ilioneus Deiphebuſq̄ fuit

Neue putes non me niſi cominus eſſe timendum

Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.



Non potes hec illi priame dare facta iuuente.

Inſtruere atriden non potes arte mea.

Omnia ſi dederis nunq̄ dabis hectora fratrem.

Unus is innumeri militis inſtar erit.

Quid valeam neſcis: ꝛ te mea robora fallunt

Ignoras cui ſis nupta futura viro.

Aut igitur nullo belli repetere tumultu:

Aut cedent meriti dorica caſtra meo.

Nec tamen indignor pro tanta ſumere bellum

Coniuge: certamen premia magna mouent

Tu quoq̄: ſi de te totus contenderit orbis

Nomen ab eterna poſteritate feres.

Spe modo non timida dijs hinc egreſſa ſecundis

Exige cum plena munera pacta fide.

vrbes condiderūt: in peloponneſo due tm̄ gentes conſtitere. Dorica. ſ. ꝛ Aeolica. vnde peloponneſiaci dores ſunt appellati. Pro tanta: quāta eſt helena. Totus orbis: aſia ꝛ europa. Nomen feres: laudabūt te poſteri. Spe modo non timida: cū ſparte relinquas ſumma ſpe. Exige: pete cum troiam appuleris. Munera parta: ꝛ cōiugiū ꝛ regni partem. Cum plena fide: nulla vtar perfidia: ſed promiſſa omnia plene ſeruabo.

☞ Minoida. Ariadnen. viſa eſt fabula ſupra in epiſtola Ariadnes. Tin epiſtola Phedre. Cretas: actūs eſt grecus: cuius ntūs eſt cres. Terror: timor. Maior peri. ſm̄ eam ſententiā: peior eſt bello timor ip̄e belli. Pudet pertimuiſſe: eſt poſtea pudor pertimuiſſe: ea que aliquis voluit timere. Finge: pone: fac. Et. i. etiā. Mihi: ſicut grecis. Copia: multitudo viroꝝ. Illa: aſia. dixit aūt illa: q̄ quādo hec ſcribebat erat in grecia. Plus animi: plus audacie. Anteferēdus: p̄ponēdus mihi. Pene puer: narrat teſtimonia ſue p̄bitatis ꝛ fortitudinis incipiens vſq̄ a pueris. Pene puer: adoleſcēs adhuc tenere etatis. Recepi: recuperaui. Ceſis: interfectis. Cauſam no. fallūtur multi qui credūt eū ob hoc dictū parim a paritate cū dictio greca nō deriuetur a latina: ſed vt porphirio in lib. xij. iliados ſcribit paris dictus eſt a parhmi verbo greco qḋ eſt tranſeo: q̄m fatalem mortē tranſiuit: cū expoſitus a matre a bubulco nutritus eſt. poſtea alexander dictus eſt quaſi auxiliator vir: a potu andros: ideſt a viro ꝛ alego. i. auxilio qḋ futurū facit alexo: q̄ hoſtibus armēta abducentibus: vt nunc refert auxilium ſuis tulit ꝛ armenta recuperauit: ex quo hoc quaſi agnomen meruit. Cauſam nominis: q̄ dico: alexāder. Inde ab auxilio dato. Uario certamine: in ludis agonalibus diximus in argumento prime epiſtole. Ilioneus qui non ſolū eloquētiſſimus: ſed ꝛ fortiſſimus fuit. vnde ꝛ Uergi. Maximus ilioneus. Deiphebus. de quo Uerg. Deiphebe armipotens genus alto a ſanguine diuū. fuit eñ bellicoſiſſimus. Niſi cominus. i. certamine in quo prope ꝛ manu ſolū pugnatur. Figitur: locatur. Loco iuſſo: vbi ab aliquo vel mihi placito. Non potes: extulit ſe ꝛ menelaū deprimit oſtēdēs eū nō habere hos titulos. Arte mea: ſagittādi. Si: q̄uis hectora fratrē talem ꝛ tam fortem fratrem qualis eſt hector. Is vnus: ſcilicet ſolus. Inſtar: ſimilitudo. Innumeri militis: pro innumerorum militum. i. ip̄e ſolus eſſe poteſt pro vno exercitu. Fallūt te: ignorātur a te. Cui viro: quali marito. Aut igitur. concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis q̄ aut non repetetur bello: aut ſi repetita fuerit defendetur: et enim erit maxima gloria q̄ propter eam Europa ꝛ Aſia magno bello certauerint. Tumultu belli: ideſt motu belli. Dorica: greca. Cedent: vincentur. Magna premia: digna propter que non debeat me pudere ſumere bellum. puderet autem ſi premia eſſent parua ꝛ vilia. Contenderit: certauerit. De te: propter te. nam de interdum propter ſignificat. Teren. Quantum me amas de fidicina hac. Feres: accipies. Ab eterna poſteritate: ideſt ab omnibus poſteris: qui erunt vſq̄ ad finem ſeculorum. Spe modo: hortatur eam vt non dubitet diſcedere: et diſceſſura petere ab eo quidquid ipſa voluerit: quod premittit ſe fideliter preſtaturum. Ordo eſt. Tu modo: ideſt tantūmodo. Egreſſa hinc: ex domo Menelai ꝛ ex Lacedemone. Sepe modo non timida: ideſt firma ꝛ certa ſpe non dubitans de me. Exige: repoſce. Pacta: promiſſa tibi a me. Cū fide plena: ideſt pleniſſime ꝛ ſine fraude: vel ſine dubitatione.

UBER.

☞ Queq̄ timere libet pertimuiſſe pudet. Docet hoc verſiculo poeta quid interſit inter timere ꝛ pertimere ac conſilia. Nam timere eſt qualitercunq̄ ſiue perfecte ſiue imperfecte: pertimere ad finem vſq̄ cum conſummationem eius de quo erat timor. Sed vt dixi. Nihil eſt poeta hoc facilius ꝛ expoſitius. Finge tamē ſi vis ꝛc. Quia argumentum ab exemplis inualidum eſt. poſſetq̄ dicere helena ſe potius repetendam q̄ ſuperiores: aut quia marito ſuo charior ſit: aut quia maritus potentior cum fratre: preſertim agamennone: purgat obiectionem dicens etiam ſi grecia tota bellum moueat in troianos nihil verendum eſſe cum maiores vires ꝛ copie ſint in phrygia q̄ in grecia. Illa viris diues: alij legunt. Fortibus illa viris: diues abūdat equis. ꝛ eſt melior lectio. Nec plus atrides. cōfert ſpecialiter ſe cū Menelao: atq̄ illi prefert: oſtētans facinora ſua egregia: nam vt in troicis ſcripſit nero. Paris ſiue alexander etiam hectorem vicit luctando. vnde dicit. ꝛ cauſam nominis inde tuli. Eſt enim alexander vocatus ab alexo verbo quod ſignificat arceo: ꝛ andros vir q̄ quaſi arcens et conſtringens in lucta viros. Cominus dicitur quaſi cū manu: hoc eſt conſerendo manus. Eminus contra quaſi e manu: quando telum longe iacitur. In loco iuſſo: ideſt quem iuſſero figere. ꝛ eſt rara locutio: vim hypallages habens. non enim locus iubetur: ſed ſagitte in locum. Omnia ſi dederis. Contra agamennona hectorem obijcit. Inſtar: id eſt equiualens quaſi in ſtatum ꝛ valorem. Tu quoq̄. Pollicetur eam inſignem fore ſi pro ea bellum moueatur: quam laudem mulieroule nōnunq̄ affectant. nam nihil glorioſius ducunt q̄ ob formam multis complacere: ſed in re manifeſtaria finem facio.

ASCEN

Alexāder.
Cominus
Eminus

¶ In.xvj.epiſtolam argumentum.

ANTO.

Nullam que reſpōdeat epiſtolam feciſſe Ouidiū aperte conſtat cum ſuis oībus Sabinū poetam reſpōdiſſe in amoribus ipſe teſtat̄ cū dicit. Quā cito de toto rediit meus orbe ſabinus. Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis. Cādida penelope ſignū cognouit vlyſſis. Reliqua curioſis illic legenda relinquimus. Satis eſt admonuiſſe Sabinus imperāte Octauio vixit ad tricenā amicā elegiar̄ librū dedit. Faſtor̄ inchoatos reliquit epiſtolis Oui. reſpōdit cuius helenam ⁊ hero Lydipeſq; legimus fragmentū. Ceteras: vt multa alia: ſeculor̄ ignauia deſideramus: ſunt qui has ep̄las: nec Ouidij: nec Sabini eſſe alo cōijciat: quibus ſatis reſponſum eſſe exiſtimo: cū nulla habeāt argumēta: quibus ꝓpoſitū firmare poſſint. Nos aūt ſabini helenam legendā cōtendimus. Juppiter ex thaigete athlātis ⁊ pleiones filios genuit Lacedemonem. Lacedemon amiclū. Amiclus argalū. Argalus debalū. Debalus tydarum. Tyndarus ex Leda helenā ⁊ clitēneſtrā. Itē mares geminos Caſtorem ⁊ Pollucē: ꝗꝗ in fabulis eſt ex ouis hos genitos: q̄m in olorē verſus iuppiter cū Leda fuerit. Helena poſtꝗ̄ cōiux menelaus ſparte in cretā cōceſſit Alexādri hoſpitis per epiſtolā amorem cognouit: cui quaſi offenſa primū reſpōdēs obiurgat: deinde vt pudorem tuetur illius ſuaſiones infringere conatur: ſed quedā ſpargit ſemina. vnde nō omnino illius amorē negligere videatur. Demū amantis votū impletura: vt honeſtius ita tutius viſum eſt ſi quid in deſiderio erat nō literis mādaretur: ſed Climene ⁊ Ethra comites fidiſſime exponerēt: que de cōiugio ſumerēt ſpōſionē: qđ dū feciſſent cū alexādro ad troiā abierūt: ꝗꝗ vt diximus alij ad prothei in egyptū tēpeſtate delatos eſſe: atq; ab illo ablatas paridi contēdūt. ¶ Nūc oculos tua cū violauerit ep̄la noſtros. principiū accōmodatū eſt. nam licꝫ aſperū videat̄: nō t̄n potiūdi deſiderij ſpem tollit: quam faciūt: ⁊ ꝙ ep̄lam legerit: ⁊ ꝙ ſcribat. Violauerit oculos noſtros: indicat ep̄lam legiſſe. Violare puellarū eſt quar̄ pudicitia ꝯſtituitur. Gloria: ſeruare pudicitie decus. Auſus es hoſpitij: ducit in odiū ab audacia ⁊ temerata religione. Sacris temeratis: hoſpitalitatis iura exprimit: que ſub iouis tutela ſunt. veteres ꝗ̄primū hoſpites excipiebāt. Ioui ⁊ dijs alijs ſacra facere cōſueuerūt. Id apud Papi. Adraſtus facit cū Ethcolia ⁊ Tydeum excepiſſet. Idem vergiliana Dido. Cū troianos ſuo fouiſſet hoſpitio. qđ ex Home. tranſtulerūt apud quem Panthonius ſacror̄ miniſter Alcioni iuſſu q̄m Vlyſſes in pheaciā appulerat pocula oībus qui aderant ꝓpinabat: vt ioui cui cure ſunt hoſpites: vt ille ait: ⁊ fulminū autori libaret. Sollicitare: adulterio interpellare. Fidē legitimā: lege ⁊ cōiugij ſpōſione firmatā. Scilicet idcirco. vt augeat cōtemptū. irriſione vtitur hoſpitalitatē exprobrās. nō inquit ob eā cauſam te hoſpitio fouimus: vt me ſtuprares. Portu ſuo: ſpartanor̄ nauale eſt poſt tenaron. Nauigāti ad ꝓmōtoriū Malcā cithiū nuncupant nauiū ſtatio manu effoſſa eſt. c.xxx. ſtadior̄. Ora tenaris: portus laconicus ad tenaron ꝓmōtoriū. Diuerſa gēte: id videt̄ interpoſitū eſſe: q̄m alexāder phrix barbarus erat a grecor̄ moribus alienus. Oppoſitas fores: clauſum hoſpitiū. Non inquit te vt peregrinum ꝓtulimus. Nam vt Thucidides ſcri. lex fuit Spartanor̄ ꝙ peregrini in vrbe ſparte nō interciperentur. Eſſet iniuria: adulterij dedecus ſequeretur. Sic tāta hoſpitalitate receptus. Ruſtica: rudis nimiū ⁊ inepta. Ruſtica ſim ſane: fatetur ruſticitatē quā obiectauerat paris: eamq; a pudore excuſat.



¶ Sabini poete epiſtola qua Alexandro helena reſpondet. Epiſtola.xvj.

al's tunc.

Nunc oculos tua cum violauerit epiſtola noſtros.

Non reſcribendi gloria viſa leuis.

Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris

Legitimam nupte ſollicitare fidem.

Scilicet idcirco ventoſa per equora vectum

Excepit portu tenaris ora ſuo:

Nec tibi: diuerſa quamuis e gente venires:

Oppoſitas habuit regia noſtra fores.

Eſſet vt officij merces iniuria tanti.

Qui ſic intrabas hoſpes: an hoſtis eras:

Nec dubito quin hec cum ſit iam iuſta vocetur

Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.

Ruſtica ſim ſane: dum non oblita pudoris:

Hoſpitalitas.

ABER.

☞ Nunc oculos: vt alibi diximus. Scri. Oui. ij. de arte. Que voluit legiſſe volet reſcribere amāti. Helena igitur lecta epiſtola paridis cū ea delectata eſſet: licꝫ oſtēdat ſe indignatā: nō potuit t̄n nō reſcribere: ita lenita eſt: ⁊ demulſa blandicijs paridis quas magno artificio contexuit. Reſpōdet igit̄ ep̄le paridis: ⁊ primū quidē oſtēdit ſe valde iratā ꝙ paris auſus ſit eā talibus ſcriptis ſollicitare: mox ita detegit ingeniū: vt det ſpem paridi ⁊ quodammodo ei aperiat cōſiliū ⁊ viā vt poſſit ea potiri: oſtēdit aūt muliebre ingeniū variū ⁊ mutabile: ⁊ id qđ Oui. in arte ſcri. Forſitā ⁊ primo veniet tibi litera triſtis. Queq; roget ne ſe ſollicitare velis. Qđ rogat illa timet: qđ non rogat optat: vt inſtes. dicit ergo. Cū tua ep̄la: qua conatus es alienare me amore mariti: ⁊ ad tuū ſollicitare. Violarit: leſerit. Nō reſcribēdi ſunt ꝗ ita dicāt: gl'ia nō reſcribēdi eſt viſa mihi leuis. i. faciles. ſed meli' leuis p̄ vili ⁊ ꝑua accipit̄: vel certe ſi veri' gl'ia reſcribēdi eſt viſa mihi nō leuis. i. nō ꝑua. i. putaui magnā gl'iam mihi fore reſcribere tibi: q̄ affeciſti me magna iniuria. Auſus: obijcit ei ingratitudinē ⁊ impietatē ꝙ violarit iura hoſpitij. Temeratis: violatis. Sacris: q̄ q̄n aliꝗs vir magnus excipiebat̄ hoſpitio ioui ⁊ dijs hoſpitalib' ſacra fiebāt



quod Ver. oſtendit li. j. enei. cum Dido eneā excepit. Sic memorat ſimul eneā in regia ducit. Tecta ſimul diuum tēplis inducit honorē. Sollicitare: cōmouere: ſcꝫ dictio eſt apta ad ironiam ⁊ indignationē. Tenaris laconica. Oppoſitas: occluſas tibi: a gente diuerſa remota: et que nobiſcū non haubiſſet conſuetudinē. Idcirco propter hanc cauſam vt iniuria quam paras mihi inferre. Eſſet mer. i. remuneratio ⁊ premium. Tanti officij: ideſt beneficij accepti a nobis. Sic ea intentione vt mihi iniuriam faceres: ⁊ me abduceres. Hoſtis an hoſpes quaſi dicat potius hoſtis. Nec dubito. i. ſcio ꝙ lꝫ iuſte de te conquerar iudicabis me tamē ruſticā: que conquerar de eo qui me amet. Sim concedentis eſt. Dum pro dūmodo.

ASCEN

☞ Nunc oculos ⁊c. Epiſtola hec reſponſiua helene parū quidē in rebus difficultatis habet eo ꝙ argumentū paridis epiſtola dependet nec multū in verbis: eſt eīm facilior ⁊ pedeſtrior ꝙ̄ Ouidiana cōpoſitio. Unde ex ſolo phraſi ouidianā neges. In principio autē alij nunc: alij tunc legunt vt vtrūq; tolerari pōt. Ego autem legerem potius nunc ſub hoc ſenſu. Dum. ſcꝫ ita ſit ꝙ epiſtola tua violarit ꝑ violauerit: hoc eſt redemerit nunc noſtros oculos qui antehac nihil ſpurcū aut laſciuū viderāt (nam vt occuli legunt) gloria nō reſcribēdi. i. que eſſet ei nō reſcribēdo: eſt mihi viſa leuis. i. modica. Preſupponit ergo peccatū eſſe in legēdis epiſtolis amatorijs ⁊ in reſcribendo ſed maius in legendis vſq; adeo vt violata legēdo parū glorie mereat̄: nō reſcribēdo: ⁊ is certe animus eſt mulierib' vbi ſemel libata eſt pudicitia: nihil in eis poſt illa cōmendandū eſt. ⁊ ideo vt mouet Naſo noſter. Principijs obſtandū. Nā q: ex viſu cuius prima eſt amoris linea ad alias gradatim peruenit̄: q: ergo violatam ſe ſenſit legēdo paruifacit ne ampli' violet̄ reſcribēdo. Reſcribit t̄n criminādo ſed ea quoq; eſt mulierū natura ꝙ libentiſſime facture ſunt in principio negēt: ſic t̄n vt niſi inſtes ipſe corrigāt ⁊ placari poſſe ſignificēt. De iure hoſpitalitatis aūt ſcias ꝙ apud antiquos erat ſctiſſimū ita: vt iouē ⁊ peſſe ſignificēt. Vir. j. en. Juppiter hoſpitibus. nam te dare iura fatent̄ ⁊c. Erat aūt hoſpitiū amicitie nō mercedis gratia. nā caupona dr̄ diuerſor̄ mercenarium qđ tunc nō t̄n frequēs erat vt nūc quapropter neceſſe erat: ſibi hoſpites cōparare: inter quos magna fides obſeruabat̄: quā paris ſollicitādo cōiugē hoſpitis violaſſe criminat̄. Ora tenaris: ꝑ tenaria. nā tenaris ꝓmontoriū eſt laconic ꝓ quo imperiti tenarus legūt apud alexādrū. Tenarus inferni ⁊c. Hoſpes an hoſtis eras q. d. potius hoſtis qui ſic nō cuꝫ tanta hoſpitalitate: ſed tali animo intrabas. Nec dubito: callide iudiciū illius laudat: ſuamq; pudicitiā commendat: in qua videlicet laborabat.

Dumq; tenor vite ſit ſine labe mee.

Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore:

Nec ſedeo duris torua ſupercilijs:

al's luſi.

Fama tamen clara eſt: ⁊ adhuc ſine crimine vixi.

Et laudem de me nullus adulter habet.

Quo magis admiror que ſit fiducia cepto:

Spemq; toro dederit que tibi cauſa mei

An quia vim vobis neptunius attulit heros.

Rapta ſemel videor: bis quoq; digna rapi.

Crimen erat noſtrum ſi delinita fuiſſem:

Cum ſim rapta meum quid niſi nolle fuit:

Nec tamen e facto fructum tulit ille petitum.

Excepto redij paſſa timore nihil.

Oſcula luctando tantummodo pauca proteruus

Abſtulit: vlterius nihil habet ille mei.

Que tua nequitia eſt non his contenta fuiſſet.

Dij melius: ſimilis non fuit ille tui.

Reddidit intactam: minuitq; modeſtia crimen:

Et iuuenem facti penituiſſe patet.

Theſea penituit Paris: vt ſuccederet illi:

Nequando nomen non ſit in ore meum

ANTO.

☞ Tenor: cōtinens viuēdi ratio. Sine labe: culpe offenſa aut nota. Si nō eſt triſtis mores peracte vite tuet̄: refutatq; obiectā theſei rapinā. ¶ Triſtis: nō iracundus: ſed letus: ſi ore letitiā prefero. Torua ſupcilijs: ſuperbiā excludit: q̄ in ſupercilijs apparet: nec inueniſſe eminentiorē locū ſcri. Pli. Aut vt ſolitaria maneret abruptio eſt. Sim crimine adulterij nota. Cepto tuo ꝓpoſito: vt me rapias. Neptunius heros. Theſeū intelligit: quē ſe neptuni filiū apud Minoē iactaſſe ſcribit Hyginius. Factūq; fuiſſe periculū ex proiecto in mare anulo quē a nereidibus acceptū ad minoē retulit. Bis quoq;. a te iterū. Noſtrū crimē: ego in culpa fuiſſem. Facto: ex rapina. Fructuꝫ petitū Me vt optabat nō violauit. Vlterius: vltra oſcula nihil a me habuit. Nequitia: immodeſta petulātia. Quā ideo obiurgat: q̄m paris dixerat. Si reddenda fores aliꝗd t̄n ante tuliſſem. Reddidit intactā Diodo. ⁊ Plu. ſcribūt helenā intactā rediſſe. Sed paris nō cavſus deſidia ꝗ̄ primū ad helenā inſulā appulit que ad ſummū terre attice iacet: cū helena ſe iunxit: ⁊ ob eā cauſam nomē ſoritā eſſe ſcribit Stra. cū ante crana vocaretur. Et iuuenē excuſatio ab etate. dignus indulgentia fuit quoniam iuuenis cū me rapuerit: modeſte ſe geſſit. Nequādo nomē: vt ſemꝑ ſiniſtro rumore in hominū ore verſer. Non t̄n iraſcor: diſſimulata iracūdia amātis ſpē ſuggerit: nō eīm inquit queror ꝙ a te amer ſed dubito ne ſimulato amore me deludas Deſit fiducia: non eſſe in te fidem exiſtimē aut facinus audere non confidā: at peccant alic: illud paridis reſumit. an faciem culpa poſſe carere putas. Idonea: ad tui argumenti firmamentū apta.

Theſeus.

Helena.

ABER.

☞ Tenor: perſeuerantia. Sine labe: ſine macula et infamia. Si non reſpondet ei parti: qua dixit: vult non cetera duro Perlege ſed forme conueniente tue: dicit enim ꝙ ſi non eſt ſeueri ⁊ duri vultus: tantum pudica. Torua: terribili. Supercilijs: quibus oſtenditur ſeueritas. Vergilius Conueniens latio pone ſupercilium. viri legitur ⁊ luſi. i. fui leta ⁊ iocata ſum ſalua tamen pudicitia mea Laudem de me vt poſſit ſe iactare de concubitu meo. Quo quare: ꝗ̄ obrem cepi audacie tue. Mei tori: mei cōcubitus. Neptunius heros: ideſt Theſe' nepos neptuni. attulit vim. ſ. i. rapiēdo. Rapta

Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti:
Si modo quem preferꝭ non ſimulatur amor.
Hoc quoqꝫ enim dubito: non quod fiducia deſit
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis
Uerbaqꝫ dicuntur veſtra carere fide.
At peccant alie: matronaqꝫ rara pudica eſt.
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum:
Nam mea ꝙ viſa eſt tibi mater idonea: cuius
Exemplo flecti me quoqꝫ poſſe putas:

ſe. a theſeo. Bis etiā a te. Aduertendū eſt ꝙ lꝫ hoc exemplū videat diſſuadere paridi: ne eā rapiat: tū latenter ad incitandū poſitū eſt. ¶ Declinita. i. blādicijs captata ⁊ illecta. Erat noſtrum cri. i. fuiſſet mea culpa. ¶ Rapta: violēter abducta. Quid fuit meū. i. quid potuit imputari mihi. Niſi nolle. i. qꝺ nolui: ⁊ voluntas mea nō fuit e facto. i. ex rapina ſua. Petitū: deſideratū. Redij: ab eo diſceſſi. Paſſa nihil excepto timore: que nihil ab eo mali habui: niſi ꝙ timui. Abſtulit: accepit. Luctando: contendendo: non ſponte mea. Nil de me. vlterius vltra oſcula. Que tua dū ſimulat helena ſe dicere iniuriam paridi: cum magis incitat dicit eñ: tu non fuiſſes contentus his q: voluiſſes aliud pͥter oſcula: ordo eſt. Nequitia. i. libido: vt nequitia eſt que re non finit eſſe ſenem. Que eſt tua que eſt tibi. Nō fuiſſet contenta his. ſ. paucis oſculis. Dij melius voluerunt ⁊ cōſuluerūt mihi. Similis tui: ita proteruꝰ ⁊ libidinoſus vt tu es: q: me vitiaſſet. ¶ Moleſtia ipſius theſei. Minuit crimen culpā rapine. ¶ Theſea penituit: interrogatiue legendū eſt. q. d. an ideo penituit: vt poſtea me raperes. Nequādo. i. vt ſemper homines de me loquantur. Nec tū iraſcor: ecce more muliebri iam incipit conciliari paridi: ⁊ ad blandiri. Quis niſi ſtultus. Preferꝭ: oſtendis. Nō ſimulatur. i. nō eſt fictus: q: paris dicit attulimus flāmas huc nō inuenimus illas. Dubito hoc: ne amor tuus ſit ſimulatus. Fiducia mee pulcritudinis: credulitas: facile credere: multe eñ propter hoc fere decipiunt. ¶ Uerba veſtra. i. viroꝝ. Carere fide. Teren. in andria. Fidelē haud ferme mulieri inuenias virū. At peccāt q: dixerat. Lis eſt cum forma magna pudicitie. dicit ſe velle eſſe inter raras ideſt inter eas que ſeruāt pudicitiā. At peccāt alie: obiectio. ¶ Quis habebit: reſpōſio obiectionis. Nā mea q: paris dixerat. Hec tibi nempe patreꝫ furta dedere iouem. Ad hoc reſpōdet matrē poſſe excuſari: q: decepta ſit: ſe ꝟo nullā poſſe habere excaſationem impudentie.

ASCEN ☞ Uultus triſtis: ſeuerus ⁊ atrox. Et bene vultus potius ꝙ facies. Nā vultus quaſi a volendo dicit. facies a faciēdo. Et ita facies a factore ſit nec muta. vultus a volūtate alius ⁊ alius ſit. Et laudē q̄ſi laudis ſit habuiſſe cōmerciū cum tā formoſa: quo verbo audaciā paridis potius probat ꝙ dānet: ſed mire in ſe crimē cēſet qꝺ in illo laudē: quaſi mulieri ſit crimē: qꝺ viro laudi dat. ita eñ mūdo videt cū cadē ſit vtriuſqꝫ apud deū cēſura. Neptunius heros: theſeus meū. i. mee opis ⁊ facultatis qꝺ niſi nolle fuit: quaſi diceret nihil. Et ideo q: citra cōſenſū nemo peccat: immunis eſt a crimine: lꝫ contra voluntatē rapta. Nil habet ille mei: latine ⁊ ſignanter dictum ē plus ꝙ ſi diceret: nil habet ille meū: q: tūc de rebus ſuis loqueret: nunc de ſe. Similis tui etiā elegāter dictum. Nā ſimilis cū de morꝭ agit potiꝰ gtō iungit. Minuitqꝫ modeſtia: q: oſculis cōtentꝰ erat. Neqꝫ nomē nō ſit in ore meū. i. vt nomē meū ſemp ſit in ore vulgi de me loquētis ⁊ de amatorꝭ meis. Nec tū iraſcor. Incipit condeſcendere ⁊ pati ſe amari. vt mulieꝭis nature decorē ſeruatū agnoſcas plus ſe moueri fatet forma et amore paridis ꝙ genere aut diuitijs. Hoc quoqꝫ eñ dubito. Ordo eſt. Ego eñ dubito quoqꝫ. i. etiam hoc: an ſcꝫ amor tuus in me ſimulet: nō ꝙ. i. q: fiducia. i. bene cōfidēdi de me ratio deſit: aut q: mea facies nō ſit bene nota mihi. Fallimur eñ plerūqꝫ in iudicādis rebus noſtris: ſed q: credulitas damno ſolet eſſe puellis: hoc eſt q: amabilis ſum confidā me amari: tū q: credulitas multis obfuit veror credere. ⁊ potiſſimum q: troiani perfidi ⁊ periuri perhibent: aut potius gnaliter in oēs amatores dictū eſt. At. recitat obiectionē paridis conātis exēplo in crimē allicere: ſꝫ prudēter rñdet turpiter actura.

Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſe
Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccem poſſum neſciſſe: nec vllus
Error: qui facti crimen obumbret erit:
Illa bene errauit: vitiumqꝫ auctore redemit.
Felix in culpa quo ioue dicar ego:
Et genus et proauos et regia nomina iactas.
Clara domus ſatis hec nobilitate ſua eſt.
Iuppiter vt ſoceri proauus taceatur: ⁊ omne
Tantalide Pelopis Tyndareiqꝫ genus:
Dat mihi leda iouem cygno decepta parentem:
Que falſam gremio credula fouit auem.

ANTON ☞ Matris in admiſſo: mōſtrat exēplū ſue cauſe non couenire poterat inquit Leda mater excuſare culpā ab errore: ſed in nr̄a cauſa oīa ſunt apta nulla eſt excuſatio. Admiſſo: peccato. Sub falſa imagine luſe: a ioue qui falſo ſe cygnū ſimulauit. Nil poſſunt neſciſſe: cū oīa ſint apta nullū errorē afferre poſſum. Obūbret: celare poſſit. Uitiū: adulterū ſcelus. Auctore: magnitudīe iouis q̄ fuit adulterū cauſa. Redemit. compenſauit. Felix: ad lede fecunditatem aſpexit. Et genus ⁊ proauus: ſui generis commendatione paridi iactantiā contemnit. Domus hec q̄ de hoſpitio ſuſcepit quā tu contemnere videris. Nobilitate: antiquitate generis Iuppiter vt proauus ſoceri. Honeſta occupatio. Pliſtenes Helene ſocer natus ex pelope. cuius auus fuerat iuppiter ex patre Tantalo vt diximus Tyndareiqꝫ genus. Tyndari progeniem recenſuimus. I nunc: inhibet per conceſſionem: non inquit eſt phrygum genus cum noſtro comparandum Quintus de priamo intelligit qui quintus erat a ioue. Nam iuppiter dardanum. Dardanus erichthonium. Erichtonius troum. Trous laomedontem. Laomedon priamum. Priamus parideꝫ genuit. Is iuppiter primus: qm̄ ex leda ⁊ io



I nunc: ⁊ phrygie clare primordia gentis
Cumqꝫ ſuo priamo laomedonta refer:
Quos ego ſuſpicio: ſed quid tibi gloria magna eſt
Quintus is a noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tue q̄uis rear eſſe potentia troie
Non tamen hec illis eſſe minora puto.
Si iam diuitijs locus hic numeroqꝫ virorum
Uincitur: at certe barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues
Ut poſſit ipſas illa mouere deas
Sed ſi iam vellem fines tranſire pudoris:
Tu maior culpe cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo:
Aut ego te potius: ꝙ tua dona ſequar.
Atqꝫ ea non ſperno: ſic acceptiſſima ſemper.
Munera ſunt auctor que precioſa facit:
alꝭ ꝙ.
Plus multo eſt ꝙ amas: quid ſum tibi cauſa laboris
Quod tam per longas ſpes tua venit aquas.
Illa quoqꝫ appoſita que nūc facis improbe mēſa:
alꝭ experior.
Quamuis experiar diſſimulare: noto.

ue nata helena. Sceptra tue q̄uis: concedit phrygias opes. ſed per recriminationem refellit. troianum imperiū opulētiſſimū fuit auctis ab erichthonio diuitijs: de quo Home. meminit. Barbara: ſi opulentia ſuperamur: non tamē barbari ſumus. Epiſtola diues: que diuitias pollicetur. Mouere: in ſententiā trahere. Ipſas deas: a maiori arguit fines pudoris: honeſtatis lineam. Tu maior cauſa: tua cauſa nō ob diuitias flecterer. Atqꝫ ea non ſperno: ruſticitatis notā euitare nititur. eſt eñ minime vrbanū verbum oblata munera contēnere. Auctor q̄ precioſa facit: maioris eo momēti ſunt munera ⁊ pluris faciēda: quo qui impēdit eſt preſtātior. Plus multo ꝙ amas: magis tuo amore ꝙ diuitijs ad amandū moueor. Spes tua: que eſt vt me abduceres cōiugē. Per lōgas aquas: per tantam nauigationē: ex troia per helleſpontū in Laconiā vſqꝫ. Illa quoqꝫ appoſita: amoris ſigna: que paris dederat recenſet: vt a cauſa arguat ſe allici poſſe ad amandum. Improbe: improbū dicimus qui in petēdo audaciuſculus eſt. Experiar diſſimulare: nō intelligere tentē. Noto: optime calleo. Improbus.

ASCEN. ☞ Admiſſo: delicto. Sub imagine: cygni. Adulter: iuppiter. Poſſum neſciſſe nil. i. ſcio ꝙ peccem: neqꝫ poſſum excuſari per ignorantiā. nā due negationes affirment. Adumbret: tegat. Illa: alia excuſatio. Uitiū: crimē ſuū. Redemit: recōpenſauit. Auctore: ꝑpter autorē: q: iuppiter. Felix in culpa. i. bene peccaſſe. Quo ioue. i. qua magna excuſatione: q: tu non es iuppiter quo poſſim excuſari. Quod genus: reſpōdet ad id qꝺ dixerat: phryx erat. ⁊ idē. Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantē lumina. Hec domus mea ⁊ menelai. Iuppiter: commemorat nobilitatē ſuā cū nobilitate mariti. Et: q̄uis. Proauus ſoceri. i. atrei. diximus ſupra Tantalū filiū fuiſſe iouis. Tātalus genuit Pelopē. Pelops atreū vnde agamēnon ⁊ menelaus: licꝫ quidā pliſtenis fuiſſe dicāt Tyndarei: patris mei putatiui. I nunc. q. d. fruſtra genus tuū. Primordia: initia. Suo: ſcꝫ filio. Suſpicio: veneror. Sed qui tibi gloria magna eſt. i. ſed is, quo tu potiſſimū gloriaris: quintus eſt tibi in ordine. et mihi eſt primus. Ioue autem ſignificat. nam Helene primus eſt: quia eius pater: paridi ꝟo quintus: quia iuppiter genuit Dardanū ex Electra. Dardanus Erichthonium. Erichthonius Troem. Tros Ilum. Ilus Laomedōta. Laomedon priamū. Priamus Parim ⁊ reliquos filios. ergo quintus eſt iuppiter a paride excluſiue. Sceptra: reſpondet ad id quod dixerat. Sceptra parens aſie: qua nulla potentior ora eſt. Finibus immenſis vix obeunda tenet ⁊c. Hec noſtra gratia. Si iam diuitijs: quia paris dixerat. O quoties dices qua pauper achaia noſtra. Una domus quęuis vrbis habebit opes. dicit ꝙ ſi terra ſua vincitur diuitijs ſaltem hoc habet ꝙ non eſt barbara ſicut terra troiana. Munera: dixit eñ ipſe. Dona parens fratreſqꝫ ⁊ cum genitrice ſorores ⁊c. Ad hoc reſpōdet ꝙ ſi vellet ei obſequi: faceret potius eius cauſa ꝙ cauſa munerū: q: turpiter ingenuū munera corpus emūt. Tranſire finem pudoris. i. verecundie: ⁊ eſt ſermo Cice. ad Lucceium. Nam qui ſemel verecundie fines tranſierit ⁊c. Non ſperno: ideſt accepta ⁊ grata habeo. liptote eſt. Uergi. Munera nec ſperno. Munera ſententia eſt color. ⁊ eſt ſenſus. munera que auctor. i. ille qui dat. Facit precioſa: facit digna. nam munera ꝑ dignitate dantis precium capiunt. Sunt acceptiſſima: ſunt gratiſſima. Plus multo. ſ. eſt mihi. Quod amas. i. multo pluris facio amorē tuum. Per tam longas aquas: q: dixit ſupra. Attulimus flāmas huc: nō inuenimus illas. Hec mihi tam longe cauſa fuere vie. Illa quoqꝫ reſpondet ad id qꝺ dixit. Ah quoties aliquem cantaui potus amorem ⁊ cetera que ſequuntur.

ASCEN ☞ Error. i. deceptio ineſt in admiſſo. ſ. adulterio matris luſe. i. decepte ſub falſa imagine: q: in ſpecie cygni cōcubuit cū leda matre helene iuppiter. vnde addit pluma tectus adulter erat. Obumbret. i. occultet aut ꝑtegat ab infamia. Quo ioue. q. d. nullo: ſed manifeſtario adulterio eo qꝫ mortali cū ſim ex deo genita atqꝫ immortalis habēda. Genus tyndarei: ſicut in ep̄la paridis ſecutus Tucididē declinauit a nominatiuo tyndareos huius tyndarei: ꝑ quo nos tyndarus tyndari. Quos ego ſuſpicio. i. nō contēno: nec deſpicio: ſed ſuſpicio quaſi inferiores aſpicio. ſed is. ſ. iuppiter qui exiſtens tibi gloria magna: quintus ſ. a veſtro ſanguine erit primus a noſtro ſanguine. Tua epiſtola diues. ſ. pollicitationibus: ſed vt dicit gnato pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Sed ſi iam vellē: ingenue ſatis: ſed mulieꝭi affectione. Atqꝫ ea nō ſperno. liptotes. i. gratāter accipio: ſicut in illo Uergiliano. Munera nec ſperno ſic acceptiſſima ſemper ⁊c. pūerbiale eſt qꝺ in eunucho dic. t. ſic a gnatone ad militem querentē. A in lera eſt. Non tam ipo quidā dono ꝙ ꝙ abs te datū: id ꝟo ſerio triūphat plus multo eſt ꝙ amas. Non id qꝺ amas intelligimus: ſed q: amas: ⁊ ita in reliquis. Illa quoqꝫ. Docet ſigna amatoris eius ſe notaſſe. Ordo eſt. q̄uis ego experiar diſſimulare. i. an poſſum diſſimulare: tamen ſupple ego noto. i. obſeruo ⁊ adnoto: illa. ſ. ſigna: que improbe. i. improbande facis nunc menſa appoſita. i. poſtꝙ menſa appoſita eſt.

ANTO. ☞ Inſtantes: proſpectū vrgentes. Ferūt: intueri patiūtur: tāto obtuitu me luſtras: vt vix tuoꝝ oculoꝝ aciē intueri patiar. Pene loquente: quoniam eo adeo aperta erāt ſigna: vt intelligerētur perinde atqꝫ loquereris. Nec vox falſa: qm̄ nullo afficeris pudore. In orbe mēſe: rome precioſiores menſe rotunde fuerāt ex citro arbore: vt ſcri. Junius. Sub noſtro noīe: de meipſa intellexi: licet ſub alio nomine factum fuerit. quod indicatur cum dicat Alexāder. Judiciumqꝫ mei falſo ſub nomine feci. Ille ego ſi neſcis verus amator eram. Deducta: expreſſa et cōtinenter adiuncta. Oculo renuente: iterum per nutum negante. Sic oculorum nutibus. Capi: in amorem tuum allici. Eſt quoqꝫ cōfiteor: concedendum eſt quod negari non poteſt. Sed inuenienda contraria vnde aduerſari rationem refellamus. Unde honeſtatem forme preponendā eſſe contendis. Rara cui ſimilis vix alia reperiatur. Poteſt velle: optare debet. Felix: tuo coniugio beata. ¶ Eſt virtus. ſuaſio ab honeſto ire contra appetitum fortitudo eſt. Quod optas: multi proci cōſpirant in tuum deſiderium. Nimis oris: plurimū in loquendo audacie. Si te vidiſſem. Tyndarus cum multi peterēt Helene coniugiū: ne quis offenderetur: dedit ex conſenſu omnium Helene optionem: vt quem vellet eligeret preſtito iureiurando ſe illi opitulaturos quem elegiſſet: illa Menelaum ſibi deſumpſit: et ideo in bellū troianum cum illo cuncti iureiurando adſtricti conceſſerūt: vt ſcribit Thucidides. ¶ Ad poſſeſſa: ad eam que alterius eſt poſſeſſoris. ¶ Ut tamē optarem: excuſat voluntatē licet mollis videatur. Quāuis optē tuū coniugiū non tamen Menelai thalamū odi. Conuellere: vellicare: ſollicitare.

Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis:
Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt
Et modo ſuſpiras: modo pocula proxima nobis
Sumis quaqꝫ bibi: tu quoqꝫ parte bibis.
Ah quoties digitis: quoties ego tecta notaui.
Signa ſupercilio pene loquente dari.
Et ſepe extimui ne vir meus illa videret:
Non ſatis occultis erubuiqꝫ genis.
Sepe vel exiguo vel longo murmure dixi:
Nil pudet hunc: nec vox nec mea falſa fuit
Orbe quoqꝫ in menſe legi ſub nomine noſtro
Quod deducta mero litera fecit amo.
Credere me tamen oculo renuente negaui.
Hei mihi iam didici ſic quoqꝫ poſſe loqui.
His ego blandicijs ſi peccatura fuiſſem
Flecterer: his poterant pectora noſtra capi
Eſt quoqꝫ (confiteor) facies tibi rara: poteſtqꝫ
Velle ſub amplexus ire puella tuos:
Altera ſed potius felix ſine crimine fiat
Quam cadat externo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere.
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.
Quam multos credis iuuenes optare quod optas
Qui ſapiunt. oculos an paris vnus habes?
Non tu plus cernis: ſed plus temerarius audes.
Non tibi plus cordis: ſed nimis oris adeſt
Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina:
Cum mea virginitas eſt mille petita procis
Si te vidiſſem: primus de mille fuiſſes.
Judicio veniam vir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa venis: preceptaqꝫ gaudia ſerus
Spes tua lenta fuit. quod petis alter habet
Ut tamen optarem fieri tua troica coniux.
Inuitam ſic me non menelaus habet.
Deſine molle precor verbis conuellere pectus

VBER. ☞ Inſtantes: fixe aſpicientes. ¶ Noſtra lumina vix ferūt: quia vix poſſum tantū tenere oculos in tuos quātū tu tenes eos fixos in me. Et modo ſuſpiras. nā ipſe dixit. Sepe dedi gemitus. Qua parte bibi: ſignū eſt enim amoris ea parte poculi bibere qua alius biberit. Oui. in .i. amoꝝ ad amicam. Que tu reddideris ego primus pocula ſumā. Et qua tu biberis hac ego pte bibā. Idē precipit in .ij. de arte. Fac primū rapias illius tacta labellis. Pocula quaqꝫ bibit pte puella bibas. ¶ Digito: manu. Supcilio pene loquēte. i. ita declarāte animū tuū ac ſi locutus eſſes. Ipſe in amoribus. Verba ſupcilijs ſine voce loquētia dicā. Idē in .ij. de arte. Multa ſupercilijs: multa loquere notis. Erubuit: puduit me. Notis ſignis. Nō ſatis occultis. i. nimis manifeſtis. Exiguo murmure: tenui ꝛ ſubmiſſa voce ne audirer. ¶ Hūc: paridē. Nec vox fuit falſa. i. ꝛ vera dixi. ¶ In orbe mēſe. i. in mēſa q̄ rotunda fiebat apud antiquos. Iuue. Magnos niſi ſuſtinet orbes. Grande: ebur. ¶ Deducta: diuiſa. Oui. in amoribus. Verba leges digitis: verba notata mero. Idē in .ij. de arte. Blanditiaſqꝫ leues tenui perſcribere vino. Ut dn̄am in menſa ſe legat illa tuā. ¶ Renuēte: nutu tibi rn̄dente. ¶ Flecterer: mouerer: inducerer. ¶ Si fuiſſē peccatura. i. ſi voluiſſem fallere fidem cōiugij. Eſt quoqꝫ ad id qđ dixit: Nec puto collatus forma menelaus ꝛ annis. Judice te nobis auferēdus erit. Velle: optare. Felix: que habet talē maritū qualis es. Sine crimine: ſine culpa. i. altera que nō ſit nupta. Cadat pereat. Externo peregrino: qualis es tu. Meo exēplo: que licꝫ nō habeā maritū pulcrū: tamē cōtenta. Eſt virtus. ſentētia eſt. Placitis: que placuerūt. eſt enim participium: nō autem legendum eſt placidis. Quā multos. i. quot: quaſi dicat plurimi ſunt. Qui ſapiūt. i. qui intelligūt ꝛ cognoſcunt. ¶ An vnus: idest an ſolus quaſi dicat non. ¶ Plus cernis: idest plus vides ꝙ alij. ¶ Sed plus audes. i. audacior alijs. Cordis intellectus ꝛ ſenſus. ¶ Minus: verecundie cuius os. i. facies teſtis eſt. ¶ Tunc ergo: dicit ꝙ vellet eū veniſſe ad petendū ipſam vxorē cū erat nubilis ꝛ a multis petebatur: q: prepoſuiſſet eū oībus. Vir. Menelaus pcet mihi: ſi hoc dico: q: etiā ꝓpoſuiſſem te ei. At te dicit cū nūc ſero veniſſe: q: iā eſt coniuncta ꝛ dicata alij. ¶ Ad poſſeſſa: ad ea gaudia q̄ alioꝝ ſunt. ¶ Precepta: preoccupata. nā talia ſunt prius occupātium. ¶ Lenta: pigra. ¶ Alter. menelaus. ¶ Ut tn̄. dicit ꝙ q̄uis libenter fuiſſet eius cōiux ſi veniſſet in tēpore: tn̄ non eſt ſic inuita ꝛ male libenter cū menelao vt nunc optet eē cōiux paridis. Ut optarē. idelt cupere. ¶ Deſine. repellit eū a ſe amplius eam verbis ſollicitet. ¶ Conuellere. cōmouere: labefactare: ꝛ facere vacillare. ¶ Molle e muliebre ꝛ per conſequens mutabile.

ASCEN. ☞ Tu o laſciue. nā extra carmē diceres laſciuus: vt docet valla. Nec eſt aduerbiū laſciue: quia hoc vltimam pduceret. ¶ Quos. ſ. oculos tuos. inſtantes. i. inſtāter me intuentes. lumina noſtra. i. acies oculoꝝ noſtroꝝ vix ferūt. i. tolerare: aut ſufferre poſſunt. Ah quoties: quaſi dicat frequētiſſime notaui ſigna tecta. i. occulta dari digitis ꝛ ſupcilio pene. i. quaſi loquēte. Orbe quoqꝫ: videt ſenſus ꝛ ordo. Ego quoqꝫ legi i orbe mēſe. i. quo vtebaris in menſa vulg' ſcaſſoria aut inciſoria vocat ſub nr̄o noīe (cū in orbib' argēteis ac aureis ſolēt dn̄oꝝ noīa ab artificib' inſcribi) legi inqt amo: illud verbū amo qđ fecit litera deducta mero. i. vino loco atramenti ſiue incauſti: vt ſignificet paris ſe amare helenā cuius nomē ſupius poſitū erat. Aliter exponit ſuperior interps. tu vtrū uis ſequere lector. Eſt virtus pla. Aureū verbū an paris vnus. i. ſolus habes. paris vero latine dicit. cū vſitatus pari dicāt. Proci ſunt qui petūt cōnubiū. Ad poſſeſſa. i. res poſſeſſas. i. ad me poſſeſſam. aut ad gaudia poſſeſſa ꝛ precepta. Deſine molle. Uā prudenter amatorē mouet nā dicendo. deſine molle precor verbis cōuellere pectus ſignificat. pectus q: molle cōuelli poſſe ſi ille nō deſinerit.

Neue mihi: quam te dicis amare. noce
Sed ſine quam tribuit ſortem fortuna tueri:
Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habe.
At venus hoc pacta eſt: ꝛ in altis vallibus ide
Tres tibi ſe nudas exhibuere dee.
Unaqꝫ cum regnum belli daret: altera laudem
Tindaridis coniux tertia dixit eris.
Credere vix equidem celeſtia numina poſſum
Arbitrio formam ſuppoſuiſſe tuo.
Utqꝫ ſit hoc verum: certe pars altera ficta eſt
Judicij pretium ꝙ data dicar ego.
Non eſt tanta mei fiducia corporis: vt me
Maxima teſte dea dona fuiſſe putem.
Contenta eſt oculis hominum mea forma probari.
Laudatrix venus eſt inſidioſa mihi
Sed nihil infirmo: faueo quoqꝫ laudibus iſtis
Nam mea vox quare quod cupit eſſe neget
Nec tu ſuccenſes nimium mihi creditus egre
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.
Prima mea eſt igitur veneri placuiſſe voluptas.
Proxima me viſam premia ſumma tibi.
Nec te palladios: nec te Junonis honores
Auditis helene prepoſuiſſe bonis.

ANTON. ☞ Sortem coniugij vices. Tueri in ſua honeſtate ſeruare. Spoliū pudoris: noli me inqt pudicitia ſpoliare. ſumta a militib' metaphora q̄ in victoria hoſtes ſpoliant. ¶ At ve. hec pacta eſt. ſuaſionem paridis ex auctoritate deoꝝ ꝓponit. ¶ Pacta eſt meū coniugium pmiſit. ¶ Nudas iudicaturus paris de dearū forma illas nudatis corporib' voluit ꝯſpicari: q: Homerus in iliade retulit. ¶ Credere vix equidē: ꝓpoſitū id non refellit: ſed verborum ambitu concedit. ¶ Formā tuo iudicio pulcritudinē mandaſſe. Utqꝫ ſit. hoc verum. eſto ꝙ iudicaris de illarū forma. Precium iudicij nego venerē premiū victorie tibi me prepoſuiſſe. Fiducia corporis nō ita in mea forma cōfido. Ut me maxima donaꝝ exiſtimē pro ſummo pmio dari debere. ¶ Teſte dea: ex veneris teſtimonio et iudicio. ¶ Contenta eſt: ſatis laudata viderer: ꝛ vltra opinionē ſi hoīes meā laudarint formam nō tm̄ dij. Laudatrix venus: id mihi videt fictū ꝙ me venus laudarit. ¶ Sꝫ nihil infirmo nō diſſimulabo: aut verboꝝ longo ambitu vtar: ſed aperte dicā faueo grate ſunt mihi tue laudes. fauemus enī his quorum officium gratū eſt. Uā ꝛ fauere lingua eſt cuꝫ in re leta pcamur. Succenſes me nō grauiter feras ſi nō ducar facili credulitate. Succēſere ē his qui officium: vt cōſerūt amici nō pſtiterunt. Iraſcimur qbus iniuria laceſſiti ſumus. Prima mea eſt igitur: hac diuiſione quidquid inſinuauerit detegit: duo me inquit maxime delectāt. ꝛ ꝙ venus me laudauerit: ꝛ ꝙ in cunctis prepoſueris. Bonis pulcritudini et corporis dotibus. Uirtus: quam pallas propoſuit. Regnum id iuno obtulit. ferrea tralationem hanc neceſſariam fuiſſe ſcri. Fabius Nam cum verbis proprijs deficeremus. vnde obſtinatos homines notaremus. quod ſari erat illis tribuimus. duros aſperoſqꝫ ꝛ ferreos appellamus. Sꝫ amare repugno amorem paſſa: in eo difficultas notat primam difficultatis cauſam in paridis perſonam reijciens. Uix puto. dubio ſermone vſa eſt: ne omnino amantem excludere videat demum in illius ſententiam acceſſura. Quid bibulum a ſimili auget difficultatem. Bibulum: aridum: nam quod aret facile humorem haurit. ſpē non eſt ſperandum fructus conſequi. Locus ipſe ſi natura ſolum ſit ſterile. Sum rudis. a nouitate rei tertiam difficultatē notat.

Succēſere Iraſci.

VBER. ☞ Ne noce mihi ſollicitando me Quam me. Sine: permitte: patere. Me tueri. ſeruare. Sortem. ꝯditionē: ſpoliū: rapinā: turpiter. i. cū īfamia mea. Et venus ad id quod dixit, pollicita eſt thelamo

Ergo ego sum virtus: ego sum tibi nobile regnum

Ferrea sum si non hoc ego pectus amem

Ferrea crede mihi non sum: sed amare recuso

Illum quem fieri vix puto posse meum

Quid bibulum curuo proscindere littus aratro

Spemq; sequi coner quam locus ipse negat

te cytherea meo. Et in alte vallib' ide: ppter illō Dn̄q; tuo. possem circūdare brachia collo. Contēpta est virtus pallade dāte mihi. Et venus et iuno pallasq; in vallib' ide: Corpora iudicio supposue re meo. Vna iuno. altera pallas. tertia ven' Tyndaridis. helene. Arbitrio: iudicio. Vt q̄uis. Altera pars quā dicis. s. q̄ ego dicar data. Precium. i. merces et remuneratio iudicij qd̄ p venere tulisti. Nō est. i. nō tm̄ confido mee pulcritudini. vt credā me datā tibi a dea p maximis donis: que tibi dare potuerāt. Contēta est. i. satis est mihi q̄ hoies et mortales laudent pulcritudinē meā. et oculis hoim mea forma probari. Laudatrix venus: sz q̄ venus laudauerit vt dicis vereor ne decipiar. Insidiosa fraudem paris. insinuo: nego fauco assentior. Qd̄ cupit esse. s. pulcra. Nec tu sensus nec tu irascere mihi si vix credo tibi q̄ iudicio veneris ego sim existimata pulcerrima. Tu credit' de me dicis. Nimiū egre: nimiū difficile Nec succesisse ne irascere. Tarda. i. magne res tāctio solēt credi. est aūt snia rethorica. Pria. dapna. proxima. lice cida. Me visam tibi: me putatā: indicatā. Summa subaudi mihi voluptas. Te nō posuisse honores palladios: quos pallas offerebat. Bonis auditis helene. i. pulcritudini mee: q̄ nunq̄ videras sed tm̄ audieras. Ego sum virtus et c. idest ergo me pro virtute. me pro regno qd̄ a iunone pmittebatur accepisti. Sum. p ero. Ferrea: dura: inhumana. Si non amē: hoc pectus. i. talē animū tuū. et ita ostendit qd̄ diximus supra in epla paridis mulieres laudibus sue pulcritudinis delectari. Delectant etiam casta preconia forme: sed q̄ dixit se esse ferream nisi amet talem in se animum: posset dicere paris quare ergo non amas me respōdet dicēs se nolle amare eū qui vix sperat vnq̄ posse esse suū: sed cū dixit: vix dedit aliquā spē. non eū omnino negauit se putare. Quid bibulū ex similitudine ostendit non esse sibi sequendū amorem paridis cui non sit possibile more gerere. Quid coner qd̄ temere. Bibulū: epithetō littoris et harene. Spē quā locus in se negat: que naturaliter ex ipso loco possit haberi: sed per hanc similitudinem intellexit amorē paridis:

At venus hec pacta est. Callide deuenit ad id qd̄ maxie affectat significās venerē auctorē fore si qd̄ committat criminis. Laudatrix inuidiosa: q per laudes ei' prouocat ad adulteriū. Bonis helene. i. formositati.

ASCEN

Ad veneris furtū: ad amorē. nulla arte: dolos in amore esse scelera Lena apud plautū quibus alliciant amantes his notat versibus in asinaria Bene salutando consuescunt cōpellando blāditer Osculando oratione venustula vinula. Si papillā pertractabit haud est ab re aucupis. Suauium si sumserit sumere eū iis re tribus. Tacito: oculto: felices cū suspirio legendū: qd̄ indicat iam in amore psuasit ita vt rei facilitate desyderet. Vsus amoris experientiā. Difficilē culpe: cum facile sit peccare: mulsi tū difficile videt. ipse malo met' est difficultas ex formidine q̄ oritur ex sinistro rumore: formido mihi est impedimento. Iā nunc ante patratū facinus pathos a tpe. Cōfundor: nescia sum q̄ agā. Nostris vultibus: id de culpa facit conscientia vt q̄ maxime in occulto sunt: in ore hoim versari suspicemur: et q̄ in nos oēs conijciant oculos. Quasdā vo. de nostro amore rumores eur desistas: sequere potius: apertius extulit: qd̄ animi haberet: nō maxima: quoniā q̄uis absit: non tm̄ omnia audere licet. vult eū custodem sibi appositum fuisse significare. Re cogente: menelai discessum a necessitate tuetur: quem simplicitate paris dānarat. Magna causa: ea erat: vt diuiderent in creta Atrei bona. dubitaret. de discessu in abiguo esset. Fac rediturus eas. hoc omen ad dicessum inuitauit. Erit paridis troiani hospitis curā geras Cuncta ea etiā que minus honesta sunt. Custodiat custodiam adhibuerit. Longas manus que etiam remotissima custodire possunt. Fama: nominis celebritas. Est oneri: difficultatem parit. Eadem gloria. pulcritudinis frequens fama et ser uati pudoris decus.

ANTON. Doli amatorij.

Sum rudis ad veneris furtum: nullaq; fidelem

(Dij mihi sunt testes) lusimus arte virum.

Nunc quoq; q̄ tacito mando mea verba libello

als nouo

Fungitur officio litera nostra tuo.

Felices quibus vsus adest: ego nescia rerum

Difficilem culpe suspicor esse viam:

Ipse malo metus est: iam nunc confundor: et omnes

In nostris oculis vultibus esse reor:

Nec reor hoc falso. sensi mala murmura vulgi.

Et quasdam voces retulit Aethra mihi.

At tu dissimula: nisi tu desistere mauis:

als licet

Sed cur desistas: dissimulare potes.

Lude: sed occulte. maior non maxima nobis

Est data libertas: quod menelaus abest

Ille quidem procul est: ita re cogente profectus

Magna fuit subite iustaq; causa vie.

At mihi sic visum est: ego cum dubitaret an iret.

Quam primum dixi: fac rediturus eas.

Omine letatus dedit oscula: resq; domusq;:

ASCEN.

O formoſe puer nimium ne crede colori. Alba liguſtra cadunt vacinia nigra leguntur. Et varijs. i. varior̃ color̃ colũbis. Et niger a viridi turtur ⁊c. Eſt ergo turtur: ſub incerto articulo epicenũ ſignificat. nã de piſcibus dicit Plautus obuſtos turtures genere maſculino: quod ſequemur. Si niſi que facie: vt laudari mereatur: illud laudat a forma vultus qꝺ ante bis dicit nulla futura tua eſt: ſic cõſtruit. Si nulla futura eſt tua. ſ. amica aut coniux niſi ea que poſſit videri facie. i. per faciẽ: digna te: nulla eſt futura tua: q2 nullã talẽ inuenies At me cũ legeres. i. eligeres. Cũ ſit amoris opus: cũ impudicitie notata ſit mulier ſatis impudice laſciuiã ſuã fatetur ꝙ in muliere pudica indecor̃ foret. Puelle ſicilides. i. ſiciliẽſes. ſic Maro. Sicilides muſe paulo maiora canamus ⁊c. Nec vos errorem. Ordo eſt. Nec vos o matres neſides. i. que neſam regionem iuxta ethnã colitis: ⁊ nurus. i. ſponſe: aut matrone ſicilides remittite. i. cõdonate ⁊ obolete noſtrũ errorẽ. ſ. ꝙ phaonẽ amauimus: aut quẽ phaon in nos cõmiſit tellure. i. ꝓpter tellurem: hoc eſt nolite excuſare errorẽ noſtrũ ꝓpter terram dicentes videlicet nos ſtulte amaſſe: q2 phaon non eſt de patria mea ſicut eſt de veſtra: ⁊ ideo vos nõ errare que cũ in patria ſua amatis: ⁊ retinere poteſtis: q2 que dicit vobis dixerat ante mihi. ¶ Tu quoqꝫ: implorat auxiliũ veneris cuius preclarũ erat in Erice monte ſicilie templum: eiuſqꝫ ſe vatem dicit eo ꝙ ſepe laſciuos cantauerit amores. Oſtendit preterea qꝺ ⁊ ſuperiores fere heroides malorum ſuorum ſeriem quaſi generi ſuo fatalem.

Nam tua ſum: vati conſule diua tue

An grauis inceptum peragit fortuna tenorem

Et manet in curſu ſemper acerba ſuo.

Sex mihi natales ierant. quom lecta parentis

Ante diem lacrimas oſſa bibere meas.

Arſit inops frater victus meretricis amore:

Mixtaqꝫ cum turpi damna pudore tulit.

Factus inops agili peragit freta cerula remo.

Quaſqꝫ male amiſit: nunc male querit opes

Me quoqꝫ qꝺ monui bene multa fideliter: odit.

Hoc mihi libertas hoc pia lingua dedit

Et tanꝙ deſint que me ſine fine fatigent:

Accumulat curas filia parua meas.

Vltima tu noſtris accedis cauſa querelis:

Non agitur vento noſtra carina ſuo:

Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli:

Nec premit articulos lucida gemma meos

Veſte tegor vili nullum eſt in crinibus aurum.

Non arabo noſter rore capillus olet.

Cui colar infelix: aut cui placuiſſe laborem:

Ille mei cultus vnicus auctor abeſt.

Molle meum leuibus cor eſt violabile telis:

Et ſemper cauſa eſt cur ego ſemper amem.

Siue ita naſcenti legem dixere ſorores:

Et date ſunt vite fila ſeuera mee.

DOMI. Vati conſule diua tue. An grauis nimirum inquit in hanc calamitatem delapſa ſum: quoniam fati tenor ⁊ ſeries: que mala in me eſſe cõcepit nõ deſinit: an nõ: tam interrogãtis eſt ꝙ ſuccẽſentis pertinacie fator̃. alibi Bryſeis. En miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget. Nec venit inceptis mollior aura meis. Natales anni: a ſexto inquit anno per mala tanꝙ per articulos ꝓducta ſum.

Natales. Natales ꝓ cõditione ortus ⁊ generis. Iuue. Ho ꝓ celebritate dici natalis ꝓtulit. Palmã inter dominas virtus natalibus equat. i. non aliter ea victoria exhilaratur ꝙ dici natalis celebritas. Sed plura illic leges in cõmentarijs. Hic natales ꝓ annis accipiũtur. Tot enim dies natales celebrãtur: quot agũtur anni victoria illa apud Iuuena. Singulis tanꝙ dies natalis colitur. Oſſa lecta. Ser. neſcio quis parũ vtiliter ſe grammaticũ pfeſſus: illud Vergi. exponẽs. Oſſaqꝫ lecta cado fabuloſum fingit amorem. Neſcio quid ambigit. Legebãtur oſſa. i. cineres cũ flãma rogi ſuperſederat: nõ ꝙ eligerẽtur: vt ille putat: ſed colligebãtur. Hoc aũt verbum eſt pontificale: ⁊ ex lege. xij. tabularũ lex hoc carmine ſcripta erat. Homini mortuo ne oſſa legito: quo poſt funus facito. Arſit inops frater. Sappho tris fratres habuit: vt ante diximus. Lariciũ: eurigiũ. Caraxũ: qui Rodopẽ meretriculã amauit. Nam Xan

Rhodopẽ. thus ſamius rhodopẽ puellã thraciã in egyptum detulit: que antea cãmoni ſeruierat vna cũ eſopo fabular̃ ſcriptore: ibiqꝫ pſtrabat illecebriſqꝫ meretricis magnũ fecerat queſtũ adeo: vt Stra. ⁊ Pli. ſcribant pyramidẽ ab ea fuiſſe erectam: qꝺ tamen Hero. tempor̃ ratione refellit: quũ alioqui ingentes opes illius fuiſſe concedat teſtimoniũqꝫ auferat ex decima ab ea pro ſoluta verubus ad torrendos boues delphis dicatis. Tam aũt grate libidinis fuit vt in grecia eius nomen celebre fuerit: vt poſtea archidiceſqꝫ tamẽ ad illius famã nõ acceſ

Charaxus ſit Caraxus cũ vinũ leſbiũ ad naucratim comportaret: eius amore captus eſt: redemitqꝫ in libertatem grandi pecunia: tandẽ ipſe in patriã eſt reuerſus puella in egypto permãſit. Sappho vt Stra. ſcribit eã doricã appellat addens id qꝺ ipſe quoqꝫ fabuloſum eſſe ait: de calceo ab aquila delato mẽphim qꝺ ſi voles leges in. xv. illius operis. Inops redẽpta in libertatẽ meretricula. Male: turpiter ⁊ per infamiã. Male querit: magno diſcrimine et incõmodis. Monui multa: immo lacerauit fratrem multis carminibus: nec tantũ vt ſcri. Hero. in. ij. hiſto. eucharozos ⁊c.

Lingua pia ab eo loco qui preter ſpem dicitur ⁊ miſerationẽ mouet ⁊ fratrẽ trahit in odiũ: cũ ſibi aliter eueniſſe oſtendit quã oportuerat. Filia parua hanc peperit e Cercyla andrio coniuge iam mortuo puella que appellatur cleis: quod ſuidas ita ſcribit ke thyratera epeus atrex ytoy chleis onoz maſre ⁊c. Non agitur: per interrogationẽ legendũ eſt:

nam cũ prepoſuerit fortunã aduerſam in ſe pertinacẽ eſſe enumeratis ſingulis incõmodis quaſi pbauerit qð
pposuit per interrogationẽ acclamat: nõne noſtra carina.i.noſtre fortune curſus agit: pſeuerat: ſuo curſu: ſua
ptinacia ⁊ ſerie maloꝝ: nã ad id refert qð dixerat: an grauis inceptũ peragit fortuna tenorẽ. Et manet in curſu
ſemper acerba ſuo. nõ agit interrogatiue. q.d. agit. nã ⁊ ita interrogamus nõ feci: pinde eſt ac ſi diceres feci. nec
nõ potui abreptũ diuellere corpus: cũ aũt dicimus egi negamus. Ecce iacẽt: miſericordiã monet ab habitu. Ca
pilli ſparſi: ſine lege mulieribus fortune miſeratio ſparſi capilli ⁊ funebris ppe dolor. Sine lege: incõpti ⁊ ſine
ordine. Nec premit arti. anulũ etiã inquit depoſui. Nam in dolore abijciebat etiã a viris qð fecit oĩs nobilitas
quũ Gne. Fla. libertino patre edilis creatus eſt. a Caio petilio cõſulis filio preterito: equites ꝟo non anulũ ſed
phalerã deponebãt in merore publico. Aurũ in crinibus. Home. in. xvij. iliados ſcri. Euphorbũ pãthi filiũ ha
buiſſe implicitos crines auro ⁊ argẽto: ppterea Pli. dubitat an vſus auri ceperit a viris an a mulieribus cũ de
viro illud Home. affirmet: nec antiquius extet in muliere exẽpliſ: ipſe tamẽ Home. carmẽ nõ indicat nec nolat
euphorbũ. Rore arabo. i. myrrha qua vncti crines myrrhei dicuntur. Hora. Dic ⁊ argute pperet neere myrrheũ
nodo cohibere crimẽ de myrrha alibi diximus. Siue ita naſcẽtes: ex diſciplina mathematicoꝝ qui dicũt holem
fortiri vitã ab ineũte etate. Sorores: parce que tres ſunt noto carmine heſiodi ⁊ noſtroꝝ cõſenſu p fatis ab ho
me. accipiũtur: ⁊ alibi ⁊ vbi alcynous ait qð plato quoqꝫ in legibus oſtẽdit.
☞ Tua ſunt: q; amori operã dabat. ¶ Grauis fortuna: que nunꝙ melior venit: ⁊ hec dea eſt illa que toto mũ
do oĩbus locis: oĩbuſqꝫ horis: omniũqꝫ vocibus ſola inuocat: ſola nolat: vna accuſat: rea vna arguit: vna cogita
tur: ſola laudat: ⁊ cũ cõuicijs colit: ⁊ ſola innocat: ⁊ quã vt Iuue. Nos deã facimus celoqꝫ locamus. de qua itẽ in
eo loco plura dicemus. ¶ Tenorem. ductũ: indeflexũ ordinẽ ⁊ tenacẽ legẽ fati. ¶ Et manet parafraſticos: idẽ
dixit bryſeis. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget. Nec venit inceptis mollior aura meis. Et eſt peculiaris
inſanientis mulieris repetitio cũ hmõi principio. ſic Dido ad eneã. Durat in extremã vireqꝫ nouiſſima noſtre.
Proſequitur fati qui fuit ante tenor. Sex mihi natales ierãt: enumerat que ſibi aduerſa ex quo nata eſt accide
rũt: mors parẽtis: ⁊ inopia fratris. Sex natales. i. anni. interdũ p nobilitate ponũtur: vt Iuue. Palmam inter
dñas virtus natalibus equat. Lecta aut collecta: aut lecta ideo nobiles nunꝙ ſoli cõburebãtur: ſed cũ dilectis
equis vel canibus. ſic illud Vergi. Oſſaqꝫ lecta cado. Arſit inops frater captus meretricis amore. meretrix hec
rhodope fuit quã alio noĩe Sappho doricã vocauit: gñe thracia hiadmonis: vt ſupra diximus: ancilla ⁊ neau
cratim deportata poſtꝙ a charaxo qui vinũ leſbiũ illuc aduexerat redempta fuit: turpiſſimo queſtu tantũ pecu
niaꝝ acquiſiuit: vt pyramidẽ extruxerit: vt Pli. ⁊ Stra. referũt. Erãt ſane pyramides haud lõge ab vrbẽ mẽphi
ſite: regũ pecunie ocioſa ⁊ ſtulta oſtẽtatio: que inter ſeptẽ mũdi miracula a rerũ ſcriptoribus numerantur: ſub
ditqꝫ Stra. quaſi fabuloſum quid: ꝙ rapto calceo: dũ ſe rhodope lauaret: ⁊ in ſublime ab aquila deportato: atqꝫ
ſuper regis verticẽ qui forte iura dicebat: dimiſſo in regis notitiã venerit: qui tũ calcei cõcinnitate: tũ rei miracu
lo motus p totã regionẽ eã iuſſerit inquiri: que eiuſmodi calceũ ferret. Inuẽta itaqꝫ rhodope in vrbe naucrati:
atqꝫ adducta regis vxor fuit: qui poſt mortẽ maximo impẽdio pyramidẽ in ſepulcrũ vxori cõdi fecit. Alij dicunt
ſepulcrũ ab amãtibus meretrici factũ. Herodo. cõmemorat a cheope puella que iuſſu patris pſtituebat pyra
mida hãc extructam fuiſſe: vt memoriã de ſe relinqueret: ⁊ preterꝙ Amaſis regis tpibus rhodope floruit: qui
multis annis poſt eos reges qui iſtas pyramides reliquerũt in egypto regnauit hoc maxime argumento nitit
pbare eã ingẽtes opes impudice comparauiſſe: que ſane rhodopẽ trãſcẽderent: nõ que ad pyramidẽ cõſeruãdã
aſcẽderẽt qð memorie ſue relinquẽde ſtudioſa in tẽplo delphici apollinis verua ad boues torrẽdos efferre fece
rit: offerẽs ea deo quaſi decimã verſitarũ opũ. Meretricis amare rhodopes: qð nomẽ cũ pprie femine eſt pri
mã pducit apud grecos: cũ ꝟo p monte ponit illã corripit: vt Oui. Qua patet vmbroſum rhodope glacialis ad
hemũ. rhodopi ſcribit a grecis. Factũ inops pdige effuſis opibus in meretricẽ: ⁊ patrimonio dilapidato naui
gatione querit iacturã rei amiſſe corrigere. Peragit freta. negociator enĩ erat: quippe qui vinũ leſbium ex leſbo
naucratim in vrbẽ egyptiã deferret. Libertas ⁊ pia lingua. qꝛ p amore ⁊ pietate in fratrẽ vt fidelius admone
bat: ita liberius illũ qñqꝫ accuſabat. Et particula hoc loco auctiua eſt: vt illud Vergi. Quoꝝ iphius euo iam ſe
nior pelias: ⁊ vulnere tardus vlyſſi. Interdũ ⁊ interrogatiue habet: vt illud. Et que tanta fuit romã tibi cauſa
videndi. modo indignatiua: vt Et quiſꝙ numẽ iunonis adoret. modo cõfirmatiua: vt Et dubitamus adhuc vir
tutẽ extẽdere factis. Fatigẽt: turbẽt ⁊ cruciẽt. Accumulat: exauget ⁊ exacerbat. Filia parua: aut fratris: aut certe
qð magis verũ puto: ipſius Sapphus. Non agit vẽto: para yponiã ceſſiſſe ſibi dicit: nã vnde ſolatiũ in malis ex
pectabat: illic maior dolor maiorqꝫ cura dat. Carina ⁊ vẽto. optime manſit in metaphora. Ecce iacẽt collo. ecce
admirãtis particula: vt illud. Ecce trahebat ſparſis priameia virgo. mouetqꝫ pathos ab habitu ⁊ cultu corpo
ris: qñ mũdicijs nõ vacat: ⁊ capilli iaceant ſine lege ſparſi: que duo maxime mulieribus conueniũt. nãqꝫ apud
Saluſti. marius ſic ait. Accepi mũdicias mulieribus: laborẽ viris cõuenire. Sine lege: q; ornãdi capitis ⁊ religã
di capilli nõ vna lex ab Oui. tradit mulieribus. Lucida gẽma. i. anulus. gẽma vocabulũ gñale cõprehẽdẽs pro
prie queqꝫ: nec oblõga: nec pforata ſunt. Articulos: digitos. ⁊ ꝙꝙ ſingulis quoqꝫ digitis anulos gerere mos
fuerit: tñ eũ qui minimo primus eſt: anulo peculiariter honorabãt: excipiebãtqꝫ ſemper mediũ quaſi infamẽ.
Nullũ eſt in crinibus aurũ: perinali auro diſcriminabant ſane auro mulieres capillos: vnde legimus perinali
auro. Arabo rore. i. myrrha. Hora. in tertio dic ⁊ argute pperet neere myrrheũ nodo cohibere crinẽ. ⁊ Proper
tius. Aut quid orontea crines pfundere myrrha. Myrrha multis locis arabie naſcitur: ſtillãs ab arbore cuius
altitudõ quinqꝫ cubitos nõ excedit. Incidit arbor binis tpibus. ſudat aũt ſpõte priuſꝙ incidat: ſtactẽ dicrã: cui
nulla prefertur. hec Pli. Aliũ putãt ladanũ dici. Nã ladano arabia gloriat. ¶ Cor violabile. cauſam aſſignat cur
ſemper in amore verſetur: nam ⁊ corde molli ſe cõſtare dicit: ⁊ itẽ hic a fatis datũ: ⁊ interdũ ſtudia in mores cõ
uerti: ſed ante oĩa fama ⁊ etas integra iuuenis cepit. ¶ Molle cor. molle ⁊ nõ durũ: ita vt de facili vulneret: nã
duri cordis hĩ dicũtur qui amore nõ tãguntur aut alia paſſione: qð innuit Perſius cũ dicit. Nec mihi cornea fi
bra eſt. ¶ Lenibus telis. i. cupidineis. ¶ Legẽ dixere ſorores: tres: Clotho: Lacheſis: ⁊ Atropos: que legẽ naſcẽ
tibus dicũt: vt per Heſiodi carmina habemus in theogonia. Mira ſthis pliſtin pmin poremi ticro zeuſi. Lo
thote lacheſin tene atropon etediduſi. Thnitis antropi ſin echinagathon denanonte. ¶ Fila ſeuera. nã finguntur
tur tres ſorores filo vitã noſtrã diſponere. vnde Catullus. Currite ducentes ſub tegmina currite fuſi. ¶ Seue
ra: triſtia atqꝫ tetrica: vel que mutari non poſſunt.
☞ Sex mihi natales. Ordo eſt. Sex natales. ſ. dies. i. ſex anni ierant. i. trãſierãt mihi cũ oſſa patris mei lecta. i.
collecta ex rogo: bibere meas lacrimas: qs ſcꝫ infudi. ante diẽ. i. maturũ tps. Sicut. Sed cadat ante diẽ. ene. iiij.

Ros arabus. | SEOR. | ASLEN



Quaſqꝫ male admiſit nũc male querit opes. Id vſu venire ſolet vt i filio pdigo nobis depinxit ſaluator. Et ideo
q; dicitur alibi. Nõ minor eſt virt⁹ ꝙ querere pta tueri. monẽdi ſunt iuuenes ne ſua dilapidẽt aut pdigãt. Ecce iacẽt
vt cõmiſerationẽ excitet recitat negligẽtiã cult⁹ ſui. Rore arabo. i. myrrha. dr aũt hic arabus. a. us. ⁊ arabs. ſꝫ hic
gẽtile nomẽ p patrio vſurpaui. ti. p. arbitrio. Hoc eſt violabile ⁊c. hic ptꝫ monoſyllabũ cor aliquãdo pduci.

Siue abeunt ſtudia in mores arteſqꝫ magiſtras.
Ingenium nobis molle thalia dedit.
Quid mirum ſi me prime lanuginis etas
Abſtulit atqꝫ anni quos vir amare poteſt.
Hunc ne pro cephalo raperes aurora timebam
Et faceres. ſed te prima rapina phebe.
Hunc ſi conſpiciat: que conſpicit omnia phebe:
Iuſſus erit ſomnos continuare phaon
Hunc venus in celum curru vexiſſet eburno
Sed videt ⁊ marti poſſe placere ſuo.
O nec adhuc iuuenis nec iam puer vtilis etas
O decus atqꝫ eui gloria magna tui
Huc ades inqꝫ ſinus formoſe relabere noſtros:
als te vt.
Non vt ames oro: ſed quod amare ſinas:
Scribimus: ⁊ lacrimis oculi rorantur abortis.
Aſpice ſit quantum hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire modeſtius iſſes:
Et modo dixiſſes leſbi puella vale:
Non tecum lacrimas: non oſcula ſumma tuliſti:
Deniqꝫ non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt niſi tantum iniuria: nec te
als admonui qð
Admoneat: quid tu pignus amantis habes:
Non mandata dedi: neqꝫ enim mandata dediſſem
Vlla: niſi tu nolles immemor eſſe mei.
Per tibi qui nunquam longe diſcedit amorem:
Perqꝫ nouem iuro numina noſtra deas:
Quom mihi neſcio quis fugiunt tua gaudia dixit
Nec me flere diu: nec potuiſſe loqui:
Et lacrime deerant oculis ⁊ lingua palato
Adſtrictum gelido frigore pectus erat:
Poſtquã ſe dolor imminuit mea pectora planxi

☞ Abeũt ſtudia in mores. i. ſiue formam⁹ mores ſtudijs in quibus verſamur. Thalia ſtudium poe trices muſe ardalides etiam appellate ſunt: vt ali quid afferamus non omnibus notũ ab ardalo Vulcani filio qui cum ad thoerenios tybias ⁊ mu ſas detuliſſet eas ita appellauit. archades negãt erato eſſe muſam ſed vates fuiſſe aiunt: que nup ſerit archadi caliſtus filio: egyptij tris tantum va tes colunt ſibillam heroſilẽ et ſabbe. Fila: alluſio eſt ad parcas que vitã humanam nere dicuntur. Seuera ptinacia. abſtulit: rapuit allectã in amo rem: deiecitqꝫ mentem ⁊ conſilium. Raperes. naꝫ aurora cephalũ cuius amore capta eſt rapuit ab duxitqꝫ per auras. Oui. Lutea mane videt pulſis aurora tenebris. Inuitũqꝫ rapuit: ea deſerta ad p ceꝫ eſt reuerſus quã inſcius interemit. nota fabu lã ouidij: pſertim carmine in fine artis. Hygi. que dam fabuloſiora addit: ꝙuis. ex hiſtoria videãtur Hunc ſi cõſpiciat: alludit ad fabulã endymionis qui enim primus curſum lune deprehendit: vt ait pli. dict⁹ eſt dilectus fuiſſe a luna quẽ dormientẽ oſculabat. Huius. ſepulturam oſtendit: ait Stra. ad latinũ mõtem Carie in quodaꝫ antro vbi eſt mons periculoꝝ. vt ſcribit Hecateus plura de hoc in cõmentarijs ſyluarũ diximus. Iuſſus erit con tinuare ſomnos curabit enĩ luna vt ſemper dor miat phaon qui formoſior eſt: vt hunc oſculetur. nimirũ hunc locũ accepit. Ouid. ex poemate ſap phus nã apud grecũ ſcriptorẽ ita legitur. Eripide iroui is ſeneles ⁊c.
Curru eburnu: argenteũ curruꝫ tribuunt lune poete: qm̃ illi argentũ dicatum ſit vt ſcribit Euſtathius. Eburnum veneri. Ebur aũt Ethio pibus etiã in pretio: qui regibus perſidis viccnos dentes elephantoꝝ ſingulis annis pendebant: vt Herodotus ſcribit. Id autẽ fuit. ccc. decimo anno ab vrbe cõdita. Huc ades blandientis eſt mulie ris ⁊ amanter geſtientis. Rorantur: guttis hume ctantur. i. enĩ propriũ eſt rorare hoc loco nonne dixit aſpice ꝙtuꝫ. multa litura. Hoc loco hac par te epiſtole: q; obliterata eſt immanantibus lacri mis. Plini. profecto in oculis animus inhabitat. Ardent: incenduntur: humectãt. conueniũt. hinc ille miſericordie: hoc lacrimis cuꝫ oſculamur ani mum ipſum videmur attingere: hinc fletus et ri gantes ora riui. quis ille humor eſt in dolore tam fecundus ⁊ paratus: ſuperiorem autẽ verſum ita leges mea quidã ſententia. Non vt ames oro. ſed te vt amare ſinas Lacrimis obortis: in deſcriben dum exortis: ita illud vergilianum de didone. At qꝫ ſinum: lacrimis implenit obortis in ſermone ſcilicet Si tam certus eras: accuſat ruſticitatem ꝙ ſe diſcedens ne ſalutauerit quidem. Leſbi puel la: hec erat appellatio ſine vllo amoris indicio ſal tem ſi non proprio nomine: vt amicam appellãs dixiſſes Leſbi puella vale. Oſcula: ⁊ in his ſua eſt la ſciuia: quum oſcula columbaꝝ dixit. Martialis impudicũ oſculũ intellexit. nã colũbe oſculantur proprio ritu anteꝙ miſceantur: ratio inquit fa miliaris hoc ordine abs te implenda fuit: vt ſalu tarer cum noſtra acciperes oſcula: deniqꝫ munera Quod dolitura fui. nõ timui diſceſſum tuum ob quẽ erat dolitura. Iniuria ꝙ ſcꝫ me deſeruiſti ad concubitum referre non placet. eo enim ſappho alibi geſtit: ⁊ in merore eius memoriam reperit Nec te admoneat ꝙ in min⁹ amãti habes Cum

Cor. DOMI. | Thalia. | Ardalides. | Ardalus. | Cephal⁹ | Ebur. | Oculi.

oſtendit quare munera diſcedentibus amicis dari accipiꝗ ſoleant: vt ſcꝫ ſint monumenta amici abſentis que repreſentēt memoriam. Sed nec tu inquit reliquiſti mihi aliquid diſcedens preter iniuriam qua ſum deſerta nec a nobis accepiſti quod te admonere poſſit mei abſētis. Itaꝗ: leges admoneat vt dicat nec te poteſt admonere. Amantis ideſt mei munus quod habes. nullum enim diſcedens accepiſti ad coitum referri non poteſt. Quid enim. ſenſus eſt: nec ego admonui te ꝙ tu habes munus amantis: ideſt coitum. Neceſſe eſt ſuperioribus conueniat. Vbi ait: cum ſibi nihil reliquiſſe: ⁊ hoc dicat eundem nihil a ſe accepiſſe quod abſentis monumentum ſit. Per tibi qui nunꝗ: iurat per numina proxima qui ac primum inuidiaꝫ obijcit: iuro inquit tibi ꝑ amorem: qui nunꝗ longe diſcedit: vt ad id referatur: ꝙuis ipſe procul diſcedas hic ſemper proxim⁹ eſt: nam ſemper
Per. amo. Per ⁊ iurantis particula que nunꝗ ſine accuſatiuo effertur. nam illud vergilianum. Per tibi ſi qua eſt que reſtat mortalibus vſꝗ intemerata fides. idem eſt ac ſi dixiſſet: per fidē ſi qua eſt ⁊c. ſed antiqua ſimplicitate relatiuū nomenꝗ conſonant. Quum mihi: ſimplicitate narrationis fidē quā iuramento parauerat omni ex parte implet. Nam narrat. vt non aliter accediſſe credibile ſit.

SEOR. ☞ Siue abeūt ſtudia in mores arteſꝗ magiſtras alia cauſa cur ſemꝑ amori vacet: q: plerūꝗ ſtudia hominū in mores et artes conuertuntur. ¶ Molle non durū. ¶ Quid mirū. etas lanuginis: lanugo a lana deriuatur vſꝗ eſt primū pubeſcēs barba ⁊ itidē in pom. s Lanugo dr̄ vt Tenera lanugine mala. Pro cephalo. excellentiaꝫ forme ſignificat: inſignēꝗ pueri faciē quē relictis ꝓprijs amatorib⁹ dee rapuiſſēt. Cephalus ab aurora amat⁹ fuit a qua ⁊ munera habuit iaculum. ſ. ⁊ canem: ⁊ cum per eſtū vt calorē releuaret: receſſiſſet in humo auram captans: aliquis male ſedulus ad cōiugē timidā rettulit queadmodum Cephalus in ſyluis cū amica cōſueſceret. Igitur relictis comitibus in nemus frondoſum mulier venit: obſeruatura ſcilicet ꝙ nā amica veniret ⁊ virum deprehēſura. Aduenīēti itaꝗ marito feſſo: atꝗ per calorē dicēti: vbi es o mollis aura poſtꝗ patuit error nolo iucūdi ſurrexit: vt ad virū iret ſed agitatis frondibus motu mulieris vir ratus feram ſonuiſſe pectus vxoris iaculo trāſfixit. de Cephalo amato ab aurora ad hāc fere ſententiā phedra ſcribit ad Hippolytū: Clarus erat ſyluis Cephalus: multeꝗ ꝑ herbas. Cōciderāt illo percutiēte fere. Nec tn̄ aurore male ſe prebebat amādū. Ibat ad hunc ſapiēs a ſene diua viro. ¶ Phebe: luna. nā vt phebus ſol: ſic phebe luna. ¶ Juſſus erit cōtinuare ſomnos dormiet. alludit aūt ad fabulā Endimionis: quē cōſtat amatū fuiſſe a luna in Latmio monte caria. Erat eī venator et ſtudioſus canum: ꝙ ꝑ diē dormiēs: noctu lucēte luna venabat̄: ꝙ eo potiſſimum tēpore fere latebris ⁊ cauernis egreſſe: arua ⁊ nemora pagrant: latmiū montē cum amore Endimionis lune obprobrat leāder apud Ouidiū ſic dicens. Hanc ego ſuſpiciens faucas o cādida dixi. Et ſubeāt aio latmia ſaxa tuo. Pli. ſecūda. hi. dicit ob id traditum fuiſſe endimiona captum amore lune quia primus naturaꝫ ſyderis huius deprehēdit. ¶ Hunc Venus in celū: ⁊ Venus ipſa amoris arbitra forme gratia hunc in celum rapuiſſet curru eburneo. niſi matrē vetita eſſet: pue a formoſo adoleſcente nō tēperaſſet. ¶ O nec adhuc iuuenis nec iā puer. ¶ Exclamatio in etatē eā ꝙ ⁊ amare poſſit ⁊ amari: ⁊ ꝙ plaue ſit decus ⁊ gloria ſui tpis. ¶ Inꝗ ſinus. peritio vt laſciua ⁊ paꝝ pudica facit: ⁊ plena illecebrarū: qn̄ ſi nō vult amare: ſaltē ꝑmittat vt amet. ¶ Oculi rorant: ſuffundunt ⁊ aſpergūt. ¶ Obortis veris: ⁊ nō fictis ſic apud Ver. Atꝗ ſinū lacrimis impleuit obortis ꝓtra. Ter. diſſimulatis lacrimis vna lacrimula quaꝫ oculos terendo miſere vi expreſſerit. ¶ Multa litura. ꝑ lituras vberes lacrimas oſtendit. Sic Quaſcūꝗ aſpicies lacrime fecere lituras. Si tn̄ certus eras. Arguit ꝙ amoris ⁊ cōſuetudinis oblitus inſalutata muliere quā perdite amabat: abierit: qm̄ modeſti⁹ abire debebat. ⁊ ipſa puella ſalutāda fuerat. ¶ Non tecū lacrimas non oſcula. qd̄ ſolent ferre amātes cum inuicem diſcedūt: nā ⁊ lacrimas meſti miſcent: ⁊ oſcula repetūt: ꝙ nō ſibi cōtigiſſe Sappho impatiēter dolet. ¶ Sūma. ideſt. extrema. ¶ Iniuria. iniuria illata in coitu. ¶ Munus amātis. rē turpē honeſte expſſit: ſic cryſis de glycerio. Si tibi morigera fuit in rebus oībus Et Dido ad eneā: Aut quicquā dulce meū. ¶ Immemor eſſe mei mandatū amori cōueniens. ¶ Per tibi: periurantis particula: que ꝑſe plerūꝗ pena eſt: ſic Ver. ꝑ ſi ꝙ eſt: reſtat adhuc mortalib⁹ vſꝗ Intemerata fides. Numina noſtra: q: poete ſunt ī poteſtate muſaꝝ. ⁊ q: ꝙ dictura eſt parū credibilia vidētur deos teſtata eſt. Nec me flere diuquā bene ex diceſſu phaonis: ⁊ rerū permutatione coloris magnitudinem expreſſit: ita doluiſſe dicens vt pene carēs hūano ſenſu: nec flere nec loꝗ potuerit. Et lacrime: ex nimietate doloris pathos mouere cōtēdit poſtꝗ ſe dolor: ꝙ pri⁹ ſtupētib⁹ mēbris abierat. Pectora plāxi. ꝑcuſſi. qd̄ feminaꝝ ē Ver. et tōſe pectora palmis

ASCEN. ☞ Siue abeunt ſtudia in mores: q: conſuetudo eſt altera natura: ſtudendū eſt ergo ꝙ primū rebus honeſtis qd̄ ſeſe nō feciſſe fatet̄ ⁊ dolet. Quid mirum ⁊c. Purgat errorē ſuum cum laude Phaonis. tā eī illū formoſum atꝗ amabilē ꝑdicat vt nō potuiſſet eū nō amaſſe in ea ꝓſertim etate ꝙ ēt ab aurora amari potuiſſet: vt cephal⁹ ⁊ a luna vt endymion. ⁊ a venere vt mars. Litura a lino ſupinū litū corripit̄: vñ ⁊ littera corripi debuit: ſed t geminat̄ ſicut in quattuor quotidie retulim⁹: ⁊ cadē de cā. Modeſti⁹ iſſes. i. ire potuiſſes aut debuiſſes. Leſbi puella. vocatiuus eſt a ntō leſbis leſbidos ⁊ ita corripitur vltima ꝙ genitiui caſus a ntō leſbos ꝓduceret̄. Deniꝗ nō timui ⁊c. Sic. iiij. enei. Dido Hunc ego ſi potui tm̄ ſperare dolorē: ⁊ perferre ſoror potero. Or vt dicit diu⁹ gregorius. Tela preuiſa min⁹ ledere ſolēt. Per tibi ꝙ nunꝗ ⁊c. Juramēta ſolēt a poetis delegi apta ꝑſonis ⁊ negotijs vt naute per maria: vt palinur⁹ maria aſpera iuro. Parentes ꝑ ſalutē filioꝝ: vt Per caput hoc iuro. ꝑ qd̄ pater ante ſolebat: viri fortes ꝑ dexterā ⁊ hic amās ꝑ amorē: quē dixi. nunꝗ lōge diſcedere: ⁊ aut quē eū ſibi preſto hꝫ aut q: ſubito puniat perfidos Perꝗ nouē. q: ⁊c. q: ⁊ ipſa vates ꝑ muſas iurat. Quū antiꝗ u in o vertebāt vt voltis: vortex vorio: ſꝫ nūc volūt tpis quā ſcribi: eū tn̄ antiꝗ nunꝗ u geminarēt: ſcribentes in nominatiuo ſeruos, dauos auos ⁊c. nec peccet qui indifferēter eū ſcribat. Planxi. i. percuſſi.

☞ Non aliter per comparationem doloris magnitudinem exprimit ⁊ quaſi rei probate cumu-
DO. MI. lum addit. Pia mater non tm̄ mater ſed que pia etiam eſt: ⁊ vnice filium amauit. Corpus inane cadauer vacuum aīa. Rogos extructos: rogus cō-
Rogus. ſtruebatur lignis cōgeſtis in vnum. vnde ſtrues lignorum dicitur de quo hoc carmen extat legis xij. tabularum. Hoc plus ne facito rogum aſcia ne polito. olim terra condebantur mortui etiā apud romanos: ⁊ poſtea ꝙuis cremari inſtitutum ſit multe familie priſcum ritum ſeruabāt. vt cornelij

Nec puduit ruptis exululare comis:
Non aliter quam ſi nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet: ⁊ e noſtro creſcit merore caraxes
Frater ⁊ ante oculos itꝗ reditꝗꝫ meos.



Atqꝫ pudenda mei videatur cauſa doloris:
Quid dolet hec: certe filia viuit ait
Non veniunt inidē pudor atqꝫ amor. omne videbat
Vulgus eram lacero pectus aperta ſinu.
Tu mihi cura phaon. te ſomnia noſtra reducunt
al's formoſo.
Somnia formoſa candidiora die.
Illic te inuenio: quamquam regionibus abſis
Sed non longa ſatis gaudia ſomnus habet:
Sepe tuos noſtra ceruice onerare lacertos:
Sepe tue videor ſuppoſuiſſe meos.
Oſcula cognoſco: que tu committere lingue
Aptaqꝫ conſueras accipere: apta dare.
Blandior interdum: veriſqꝫ ſimillima verba.
Eloquor: ⁊ vigilant ſenſibus ora meis.
Vlterius pudet hic narrare: ſed omnia fiunt
Et iuuat: ⁊ ſine te non licet eſſe mihi.
At quom ſe titan oſtendit: ⁊ omnia ſecum:
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra nemuſꝗ peto tanꝗ nemus antraqꝫ proſint
Conſcia delicijs illa fuere meis
Illuc mentis inops: vt quam furialis ericthho
Impulit in collo crine iacente feror.
Antra vident oculi ſcabro pendentia topho:
Que mihi mygdonij marmoris inſtar erant.
Inuenio ſyluam: que ſepe cubilia nobis.

patricij. ex quorū familia nemo crematus eſt ante ſcyllam: quid id de ſe iuſſit veritus ne cadauer erueretur a marianis: nam ipſe. C. Marij ſitas reliquias apud anienē victor diſſipari iuſſerat: hoc eſt qd̄ Plinius ſuboſcure in. vij. ſcribit apertius. Cicero in legibus. Gaudet ⁊ e noſtro: mouet miſericordiam cum oſtendit fortunam ſuā ludibrio eſſe aduerſarijs. Creſcit: exhilarat̄: ſumit animos. Quod dolet hec: charaxi inſultantis ſorori ⁊ acerbe obiurgantis amoris turpitudinem. Filia: ad id refert qd̄ dixit antea ſe non minus dolere ꝙ que luget filium amiſſum: cui addit teſtimonium fratris. is enim cum videat tantum eius merorē: quantus in filij funere eſſe ſolet inuenens caꝫ alia de cauſa dolere que quidem turpis eſt: non debet inquit tantopere angi: nec hic meror eſt pro filia: que quidem viuit: hec autem fuit filia cercyle: et Sapphus. Non veniunt in idem. eſt premunitio eorum que dictura eſt. ſententia ſimplex eadem ſolet proferri cum ratione: vt illud in omni certamine qui opulentior eſt etiam ſi accipit iniuriam: tamen quoniā plus poteſt facere videtur duplex eſt
Sentētia vt illud Therentianum. Obſequium amicos veritas odium parit. In oratione autē ſententie ſunt tanꝗ lumina minus crebra apud antiquos: ſed poſtea nimis vſurpate ſunt. Qd̄ inuidioſe in Senecam vtpuro dicit Fabius. Veniunt in idē. ideſt non poteſt pudoris habere rationem ⁊ dare operam amori. alibi Ouid. Quid deceat non videt vllus amās. Omne vulgus videbat. ſcꝫ me: ⁊ tamen ſup. ego negligebam non enim poterā ſeruire pudori cū tam perdite amarē. Tu mihi cura phaon. i. negligo omnes: nec me coꝝ pudet. tui enꝫ amoris legib⁹ indulgeo phaon. Illic te inuenio in ſomnijs ſaltē te amplector. Somnia interpretari Pli-
Somnia. nius ſcribit amphictionē docuiſſe: ⁊ de qua ſciētia Chryſippus ⁊ antipater libros ediderūt: vt ex interpretatione Antiphontis apparet qui hec expo-
Coniectores. nebant cōiectores ſunt appellati. Non ſatis lōga. nam ſtatiꝫ expergiſcor. idē Hero ad leandrū. Me miſeram breuis hec eſt ⁊ nō vera voluptas. Quaꝫ epiſtolam nō eſſe Oui. certa ratione docuimus nā nec que legitur paridis ad helenam. nec que helene ad paridem nec que leandri ad hero. nec ꝙ herus ad leandrū. nec que acontij ad cydippem: aut cydippes ad acontium: ab Ouid. vnꝗ ſcripta fuit quod ipſe aperte teſtat̄. nā ad Macrum ſcribens ait ſe dictaſſe literas nomine heroidum. Helene. Medee. canacēs ⁊ aliarum. Quod paris: ⁊ macha-
Epiſtole ꝙ ouidiane dicant̄. reus ⁊ ꝙ male gratus iaſon. Hyppolitiꝗ parens hyppolituſꝗ legat nomine vero virorum Sabinus epiſtolas confixit quod ibidem teſtatur. Quā cito de toto redijt celer orbe ſabin⁹ Scriptaꝗ diuerſis rettulit ille locis. Si ergo prius ſcripſit helena: ex Oui. poſteaꝗ rn̄dit paris ex ſabino: quomō poſſunt eſſe Oui. nā hele. hic nō ſcribit: ſed rn̄det: ⁊ paris nō reſpōdet ſed ꝑ. ior ſcribit. Nimirū hee ep̄le adulterine ſunt: ⁊ cadē pene ſtylo ab aliquo ſcripte: quo relique falſo ad Ouidiū referunt̄. Ora euigilant ſenſibus meis. Non aliter inquit loquor ⁊ exprimo quod ſentio: ꝙ ſi vigilarē
Titan. nam reliqua corporis parte ſopita: os vigilat ad verba exprimenda. Senſibus: ſenſus ⁊ ſenſa dixerunt antiqui que animo concepim⁹. auctor Fabius. Titā ſol a Titea matre: vt nonnulli putant: idē hyperion a patre hyperione. Auctor Diodorus. Antra ne. per cōmemorationem loci miſerationem facit: qui locus frequētiſſimus eſt apud Vergi. Proſint: lenire poſſint deſiderium meum. Inops men. amens. Ericto: maga celebrata etiam carmine Lucani incantatione potentiſſima: ante idem nomen ab Ouidio vſurpatiuꝫ. Pendētia: ſublima. Inſtar
Migdonia. nō minoris precij apud me erant. Marmoris migdonij: mygdonia phrygia terminata meridionali latere: vñ migdonium ꝑ phrygio accipimus. Papi. in ſyluis de titone migdonij piliꝗ ſenis marmor. item migdoniū phrygiū intelligimus: qd̄ precij magni erat. ⁊ idē ſinaticū dicebat̄. De hoc plura ſcripſimus in cōment. ſylua. Migdonia itē diſſigit ꝑ. i. cū macedonia: erat ꝓterea lapis phrygius gleba ꝗdā punicoſa: ꝙ vrebat̄ ꝑfuſa vino apta tingendis veſtibus. Sappho marmori Leſbij nō meminit. nam id liuidius erat verſicolores maculas habens.
SEOR. ☞ Sciſſis comis: ⁊ hoc muliebre ē: ſic de mr̄e Euriali. Ver. Et femineo vlulatu ſciſſa comā. Nō aliter. ꝑ affectū apte ſūpta cōparatio a mr̄e inſolabilr̄ merēte: atꝗ deflēte mortē adēpti filij. ¶ Inane. exanimū. ¶ Gaudet. quaſi inſultās. ꝙ ⁊ ipa temere amauerit: atꝗ ꝓ amore ſit oblita pudoris feminei: ⁊ veluti ſtulta exululet. ¶ Ah oculos.

vt maiore cura lāgueſcentē ſororē afficiat crebro ſeſe oculis eiꝰ obijcit: Filia viuit. grauis obiurgatio: q: filij deſyderiū maritoꝝ ſepe lenire ſolent obiecit ſorori filiā viuere q̄ſi nō hēat egritudinis doloris iuſtā cām: ⁊ eſt deductus color ab illo Vergilij Saltē mihi puulus aula luderet eneas: q̄ te tm̄ ore referret: nō equidē oīno capta, ac deſerta viderer. ¶ In idē pudor atq; amor: ſnia vera ⁊ ridens illi. q̄ alibi legit: q̄d deceat nō videt vllus amans. ¶ Tu mihi cura phaon. vide vehemētiā amoris: q̄ vel nocte q̄n oīa q̄eſcūt mulierē magis ſollicitat. ¶ Te ſomnia nr̄a reducūt rectius iſomnia dixiſſet. ꝙ iſomnia ꝓprie amatori dant. curāq; amoris ſemꝑ ſequunt iſomnia vt apd̄ Terentiū amāti phedrie ſerui dicit. ſic mox te adigēt inſomnia. Et dicto male ſana. ⁊ ſemꝑ in pectore vultus enee fixos hēbat: ſic ait. Anna ſoror q̄ me ſuſpēſam iſomnia terrēt. dr̄ aūt inſomniū. nō ꝙ ꝑ ſomniū vr̄. ſed qd̄ in ipſo ſōno tm̄mō eſſe credit: ⁊ dn̄. vr̄ poſt ſōnū nullā ſibi vtilitatē vel ſignificationē relinquit: vt ſi amator videat delicias ſuis ſe fruētē: aut carētē ſi metuēs fuerit. Formoſo cādidiora dic. ⁊ affectu amātis ⁊ voluptate ꝑ ſōnū ſūta. dictū. Illic te iuenio q̄uis regiōib' abſis. In inanozilō icidit: niſi ⁊ libidine ⁊ voluptate imaginaria quā aſſerūt iſomnia: dictū itelligat. Sic hero ad leādrū. Forſitā iuitus mecū tm̄ iꝓbe dormis. Et q̄uis nō vis ipſe venire venis. Et eſt familiaris amātis femine locutio. ¶ Lōga gaudia. q: qd̄ ꝑ ſomnū videmꝰ cū ſōno ⁊ breui trāſit. Sic eadē Hero. Me miſerā breuis ē hec ⁊ nō ꝟa voluptas. ¶ Sepe tuos videor. enūerat voluptates amatoriū: q̄s extincta lucerna fieri lꝫ: vt illō. Extinctā lꝫ q̄d ad lucernā vt his lectis: deſideriū ſui phaoni faciat. Vigilant ſenſibꝰ ora meis. Vim amoris: ⁊ libidinē femineā: q̄ ſopitis ſenſibꝰ ora vigilāt. ¶ Pudet hic narrare ſed oīa fiūt honeſta ⁊ multis ꝟbis deducta ꝑiphraſis imaginarij coitꝰ ⁊ pollutiōis feminee. ¶ Oīa ſecū. q: ſolē oīa pateſcūt: nā nox atra colorē rebꝰ abſtulit. ¶ Antra nemuſq; peto. a loco cōmiſerationē mouet: q̄ cōſciꝰ fuit voluptatis ꝑcepte Erichtho. venefica fuit: vt apud lucanū legimꝰ quā Ser. Pōp. de exitu belli pharalici ꝯſuluit: nā ꝑ necromātiā futura ꝓdicebat eratq; magarū artiū potētiſſima: vt q̄ de īferis aīas reuocaret. Furialis q̄ magicis artibꝰ hoīes in furias conuertit. dr̄ aūt erichtho: q̄ſi ꝯtētio terre eris ꝯtētio chthon terra. Scabro. aſꝑo. impolito: vn̄ ⁊ ſcabies dr̄ a corꝑis aſꝑitate. ¶ Topho. genus eſt lapidis mollioris: vt q̄ de facili in arenā reſoluat vnde Oui. Et leuibus tophis. ⁊ Iuue. Ingenuū violarent marmora tophū. Marmoris migdonij. migdonia regio eſt: q̄ ⁊ bithinia dr̄ in aſia minore: in qua olim marmore preſtantiſſimū effodiebat: alij putant marmor migdonium nō haberi ex ipſa Bithynia: ſed potius ex prochoneſſo inſula propontide cantra Bithyniam.

ASCEN. ☞ Creſcit noſtro merore: vn̄ ſinō enei. ij. Hoc itachus velit ⁊ magno mercent atride. grauis em̄ dolor eſt cū mala nr̄a inimicis gaudio ſūt: ⁊ nos illis ludibrio: ait ergo charaxes. Quid dolet. ſ. ſoror mea q̄ meos amores olim tā ſeuere taxauit atq; vituꝑauit: certe nō dolet mortē filie: q: filia viuit. q. d. agnoſco eā amore ꝑditā. Et ſi dicat phaō eā ſibi hūc dolorē feciſſe: q: nō texerat amores. Rn̄det nō veniūt in idem pudor atq; amor. Tu mihi cura phaon: docet vt redamet vehemētiſſime amare: ita vt ſicut Terentianꝰ phedra a Thaide expoſtulat: nihil aliud expoſtulat nec vigilās cogitet Vehemētis aūt amoris idiciū ē cū ⁊ in ſōnis occurrit dilectꝰ. Formoſo die: q: luce nihil pulcriꝰ aut amabiliꝰ. ⁊ tn̄ q: ꝑ noctē fruit ꝑ imaginationē p̄ſentia amici p̄fert noctē diei. Legēdū puto formoſo nō formoſa: nō ꝙ diē et nocti cōdiſtinctū nō inueniā in feminino gn̄e. Nam maro dicit lib. v. poſtera cū primo ſtellas oriēte fugarat. Clara dies ⁊c. ſꝫ q: vnius vocalis ſic vitat cōcurſus. Cōmittere lingue: vt. ſ. laſciuꝰ exequat: q̄ cōfeſſio in femina pudica indecora eſſet. Cōſueras. ꝑ cōſueueras. ꝟſus patit: vt cōſueueras legatur. Oīa fiunt: etiā coitꝰ. Antra nemuſq; peto tāq̄ nemꝰ. ſic Maro in buc. Iā mihi ꝑ rupes videor lucoſq; ſonantes Ire: libet ꝑtho torq̄re Cydonia cornu. Spicula: tanq̄ hec ſic nr̄i medicina furoris Et quā. i. vtpote quā furialis eryceo. i. venefica ⁊ incātatrix. Illa: aut illius ſimilis ipulit. Scabro Topho: ſic in geor. ⁊ tophꝰ ſcaber: q̄ q: ſcaber et aſper eſt purgādis vaſis cōuenit. Inſtar. i. ſtatū ⁊ valorē aut equipollentiā: marmoris mygdonij. i. phrygij.

DOMI. ☞ Coma. multis frondibus: tralatio eſt gratia pulcritudinis. Dos erat. i. preciū loci. Grata prius a mutatione fortune excitat miſericordiā. Poſitis frondibus: huius carminis hic mihi ſenſus videt oīa merent: et ſylua q̄ in doloris indiciū frondes depoſuit ⁊ aues q̄ ne vocē quidem emittūt cōnuerendo calamitatē noſtrā: vt eo ſilentio maior dolor deſignet. Sola: reliquie aues ſilent ſol a philomela conquerit dolēs: ſcꝫ ꝙ virū tereum non potius interfecerit. q̄ itym filium. Eundem Itylum appellat Catul. Qualia. ſub denſis ramorum concinit vmbris Daulias abſumti fata gerens Ityli. Var. et noſtri omnes aiunt. Philomelam verſam eſſe in lucinam: ⁊ prognem matrem Itys in irundinem. Ouidius hic accipit prognem verſam eſſe in philomelā. Quod preterea greci nonnulli tradūt ⁊ Probus grāmaticus in bucco. Ver. Daulias ales. Thucydides in ſcd̄o hiſto. ſcri. tereum imperiū tenuiſſe in phocide: vnde vt ait Philomela a multis poetis daulias cognomīata eſt. Daulia autē oppidū appellatū eſt a denſitate arbuſtoꝝ. Daulō deſum ſigt. Home. nō dauliā: ſꝫ daulida ſcribit Stra. Thucididi aſſentit: ſed eū varia ſenſiſſe putat: ait em̄ illū ſcribere rem geſtam fuiſſe ad megaram: in quo venia dabit ſi thucididis verbis refelletur. is enim ita ſcri. in. ij. libro. hiſtoria. Allomenem daulia ⁊c.

Itym. Itylus. Daulias. Daulia

Et in carmine ad liuiam. Talis in vmbroſis mitis nunc deniq; ſyluis. Deflet threicium daulias ales itym. Nō vlta priꝰ: ꝙ potius nō

ałs multis. ałs comis.

Prebuit: ⁊ multa preſſit opaca coma:

Sed non inuenio ſylue dominumq; meumq;

Vile ſolum locus eſt. dos erat ille loci.

Cognoui preſſas noti mihi ceſpitis herbas.

De noſtro curuum pondere gramen erat.

Quinetiam rami poſitis lugere videntur

Frondibus: et mille dulce queruntur aues:

Incubui tetigiq; locum qua parte fuiſti.

Grata prius lacrimas combibit herba meas.

Sola virum non vl ta prius meſtiſſima mater

Concinit hiſmarium daulias ales itym.

Ales itym: ſappho miſeros decantat amores.

Hactenus: ⁊ media cetera nocte ſilent.

Eſt nitidus vitreoq; magis perlucidus amne



Fons ſacer: hunc multi numen habere putant

Quem ſupra ramos extendit aquatica lotos

Vna nemus: tenero ceſpite terra viret

Hic ego quum feſſos poſuiſſem flebilis artus:

Formoſus puer eſt viſus adeſſe mihi.

Conſtitit ⁊ dixit: que nunc non ignibus equis

Vreris: ambracie terra petenda tibi eſt

Phebus ab excelſo quantum patet aſpicit equor

Acteum populi leucadiumq; vocant.

Hinc ſe deucalion pyrrhe ſuccenſus amore

Miſit: ⁊ illeſo corpore preſſit aquas.

Nec mora iuſſus amans tetigit letiſſima pyrrhe

Pectora deucalion: igne leuatus erat.

Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altam

Leucada: nec ſaxo deſiluiſſe time.

Ut monuit cum voce abijt: ego territa ſurgo:

Nec grauide lacrimas continuere gene.

Ibimus o nymphe: monſtrataq; ſaxa petemus

Sit procul inſano victus amore timor.

Quidquid erit melius q̄ nunc erit. aura ſubito

Et mea non magnum corpora pondus habent

interfecerit tereum maritum q̄ itym filium. Hactenus vt media. i. vſq; ad mediam noctē donec oīa ſilent. Numē. geniū qui tā loci q̄ hominis deꝰ eſt. Lotos: arbor in aphrica inſignis. De qua Pli. multa eius fructu veſcunt aphrice populi Lotophagi inde nominati obliuionē is cibꝰ facit inde diſcedēdi: qd̄ nōnullis ſocijs ſuis accidiſſe, vlyſſes refert apd̄ Hom. eadē aptiſſima ē Tibijs: idē apd̄ propertiū. Syliuꝫ italicū Mar. Loton pro tibia expoſuimus. Lotos itē vt idem ſcribit herba que ſubnaſcitur deorum volūtati. eandē dixerunt fabam grecā. De ſex lotis que in edibus craſſi erāt vnde nobile illud iurgium cum Cn. Domitio refertur: diximus in cōmētarijs ſyluarū. Aquatica que gaudet aqua. alibi Oui. Amnicoleq; ſimul ſalices ⁊ aquatica lotos. Vna ne. i. ſola lotos facit nemus ramis ſuis. Phebus ab excelſo. ad templuꝫ caticū quod in ſinu ambracio eſt petra prerupta eſſe ferebat. vnde qui ſe dimitterēt in mare amoris flāma lauarentur id egit prima ſappho: vt ex menandri teſtimonio Stra. affirmat. nā menander ita ſcri. preruptaꝫ nacta in trāſitu petrā cupidinis oſtro ꝑſita e ſomno precepsruit ex animi tui ſententia rex imperioſe. Alij cephalū athenis profugā deionci in filium tyrānum acarnanū captum amore pretereale Diogneti filie primuꝫ id egiſſe autumāt. Ouid. deucalioni id tribuit: mos certe patrius leucadis māſit: vt in apollinis ſacrificiū ſontē aliquē e ſpeculo deijcerēt auertēde numinis ire gratia: ſed pēnas addebāt multiſq; nauiculis cedentē conabantur excipere: vt irā ſeruatum ⁊ incolumen extra patrios fines mitterent. Phebus ex exemplo ſuo. Acteū: a littore actiacū a ꝓmōtorio. leges plura de hoc apud Stra. et plu. ⁊ Pli. ita ſcri. Acarnania ante curetis ⁊ in ora ipſa colonia auguſti acticuꝫ cum templo apollinis nobili ac ciuitate libera. Nicopolitana et paulopoſt Leucadia ipſa peninſula quondam vetitus et huius ante meminerat ho. ex perſona laertis ⁊ adfirmauerat ſtra. Nec mora ⁊ ſtatim letiſſima pectora que prius cōtennebant amantē. i. viciſſim pyrrha cepit amare deucalionē vacuū flāma vnde ipſa torquebatur. Abijt cū voce. i. ſiluit nec poſtea vſq; apparuit. Timor: deficiēdi ſe de ſaxo. Quidquid erit non vult ſibi ominari mortem ſed tn̄ eam poſtponi preſenti calamitati. Aura ſubito: per auerſionē miſericordiam mouet cū ⁊ abſentes appellat ⁊ reſponſuros. Subito corpus cum dimittetur. Et mea non magnum a poſſibili ſeu facili ſuadet: potero inquit ſuſtineri. nam corpus leue eſt ⁊ ſum parua.

Lotos. Ambracium ſaxum.

☞ Comis ramis ⁊ frondibus. ¶ Sylue do. appellat amatorē dn̄m ſicut ⁊ dn̄a dicit ab amatore: que amatur. Dos pretiū ⁊ pulcritudo. ¶ Gramen ſic alibi. Sepe ſuꝑ ſtramen ⁊c. ¶ Lugere vi. niſi vident fuiſſe in calco zelon incidiſſet: nā in affectū humanū migrare diceret arbores. ¶ Sola virū. ſolā flebilē auē cātare dicit cuiꝰ frequens eſt q̄ſtus. vtpote matris diebꝰ ac noctibꝰ iugiter lugentis mortē Ithys filij. quē dilacerauit. ⁊ patri Tereo epulādū dedit vt vlciſceret vim ſorori philomele turpiter ab illo illatā q̄ ea nō cōtentꝰ iniuria. liguā etiā amputauerat: ne poſſet ꝑ vocē facinus apire. Demutati ſunt. Tereus in vpupā. Ithys in phaſianū. Philomela in luſcinā. Progne in irūdinē ſm̄ Oui. Greci tn̄ autores nō philomelā: ſed ꝓgnē in luſcinā demutatā referūt: quos in hoc loco idē poeta ſequit: nā mater ꝓgne fuit: qd̄ ⁊ ſentit Var. ſic dicens. Luſciola qd̄ luctuoſe canere exiſtimat atq; eſſe ex attica ꝓgne in luctu facta auis. Nō vlta: q: ꝑ mortē filij nō plene de viro vindictā ſumpſit. Alij nūc legūt q: hoc tp̄e plane ſit vlta virū: cui ſnīe nos nō accedimus. lucinia latine grece edon dr̄. Hiſmariū: threiciū. eſt ſane hiſmarius mōs thracie. Daulias ales Ithym. daulias poſt delphos: vtpote oriētē verſus habet: vt Stra. refert. Thucidides in ſcd̄o terre phocidis dicit: quā olim thraces incoluerāt: vbi tereus regnauit: qui ꝓgnē filiam pandionis duxit: qui cū ſorore philomella facinus illud qd̄ poete fabulātur: circa Ithym patrauit. Et a multis poetaꝝ in cōmemorāda, philomella: auis daulias celebrat. tum apud grecos: tū apud noſtros. vnde Oui. in ca epła qua ſolat liuiā de morte druſi ſic ait. Talis in vmbroſis mitis nūc deniq; ſyluis: deflet threiciū daulias ales ithym. Et Catullus de morte fratris ad hortalē. Semper meſta tua carmina morte gerā. Qualia ſub dēſis ramoꝝ cōcinit vmbris. Daulias abſumpti fata gemēs itylis. Ubi notandū ꝙ ithylis declinauit nō ithys ithyos. Ales ithym: anadiploſis recte habita ad cōparationē auis luctuoſe. Eſt nitidus: cādidus ⁊ purꝰ. ⁊ ē topographia. fontis poetico more deſcriptio. ¶ Quē ſupra ramos fons ſacer nullus: nā fons aliq̄d diuinitatis hr̄e dr̄ ⁊ ſacer eſſe. Ideo hūc multi numē hr̄e putāt. Aq̄tica lothos. ſic alibi Oui. Amnicoleq; ſimul ſalyces ⁊ aq̄tica lothos. Lothos vt tradit Pli. arbor ē inſignis i aphrica: quā vocāt celti ⁊ q̄uis ſit iā familiar(is) italie cū tra mutat: ꝓcipua tn̄ tā circa ſyrtes: atq; naſamonas tā dulci ibi cibo (nā myrthi: nō bacchas fert) vt nomē etiā gētiq; treq; dederit

SCOR.

nimis hospitali aduenaꝝ obliuione patrie ligno colos niger: ad tybiarũ cãtus expetitũ: radice cultellis ad capu
los breuesq; alios vsus excogitãt. Est aũt eodẽ noĩe herba ĩ egypto: caulis in palustriũ gñe: s; in Aphrica a bac
chis lothis: quib⁹ hoĩes pastos accepim⁹: lothophagi ppli dñr ad quos cũ appulsus esset Vlysses socij ei⁹ gusta
ta lotho ꝗsi pria obliti: de reditu ampli⁹ nõ cogitarũt. Est ꝛ lothos ꝗ dr faba greca. Ana nemus. magnitudinẽ
oñdit arboris. Formosus puer est. narrat quẽadmodũ p ꝗetẽ visus est ab ea puer: ꝗ miserat⁹ amorẽ vndiq; fer
uescentẽ ad leuãdã flãmã hortat⁹ est: vt peteret suũ leucadiũ: ꝛ ab actio pmõtorio desiliat ĩ mare: ꝗ salt⁹ tñ ignẽ
leuaret: qñ vi extiguẽde flãme loc⁹ ille sortit⁹ esset: ꝛ vt mag⁹ credat affert exẽplũ deucalidis: ꝗ illeso corpe cũ im
mẽso amore pyrrhe succẽsus eẽt: se ĩ mare pcipitauit: statiq; pectora illa pyrrhe: ꝗ tñ optabat: ptigit. Nũc igni
bus eqs. sic Ver. Nõ equo federe amãtis. Ambracis. forma pronymica p possessiuo: ꝛ declinat. ãbracis dos. In
epyro: vt geograpgi tradũt iuxta butrotũ: sinus iacet Ambraci⁹: in quo Ambracia oppidũ. vt Pli. refert. nã am
braciẽses epyri gẽs fuit denoiata ab ambracia filia Augei: vt Eustachi⁹ tradit: vel ab ambraco filio Tesprotĩ. vñ
ꝛ regio oĩs thesprotia dicta est: ꝛ subdit idẽ auctor apđ priscos ambraciã p b ꝛ ampraciã p p scribi solitũ fuisse
Phebus ab excelso. egressos sinu ambracio Pli. referente in Joniũ excipit leucadiũ litt⁹ pmõtoriũ leucate: vbi
dicit Seruius fuisse tẽplũ acciaco Apollini cõstitutũ: ꝛ ciuitatẽ ambraciã: nicopolim ab augusto appellataꝫ vi
ctis illic Antonio: ꝛ Cleopatra. Ab excelso. qr leucas mõs est altissim⁹: sic Ver. Mox ꝛ leucate nimbosa cacumia
mõtis. Et formidatus nautis aperit apollo. Acteũ. aut litoralẽ. nã anti littus significat. aut acteũ. i. accia cum
dicit eĩñ acte⁹ a. um. i. atheniẽsis vt illud. Nec vehit acteas scythonis vnda rates. nã actica regio apud priscos di
cta est nõ solũ athis s; ꝛ acte dicta est vt Eustachi⁹ refert vel ab hacteone: vel ab acteo indigena. Leucadiũ Stra
bo sic ait. Leucas superiorib⁹ annis littus extitit ꝗ insula effecta est: de qua laertẽ dixisse aiũt: munitã solus vi
cepi nerston vrbẽ. littus erat terre: hoc quidẽ in loco manu facte excisiões extiterũt. Ita idem Pli. dicẽs deinde
de leucadia ipa peninsula. quõdam neritis appellata: ope accolaꝝ abscissa a cõtinenti ac reddita ventoꝝ flatu
cõgeriẽ arene cumulãtiũ ꝗ locus vocat dicretis. stadioꝝ lõgitudine triũ: oppidũ in ea leucas quondã neritũ di
ctũ. Apud eundẽ Strabonẽ lib. x. legimus Corynthios cheronesi. terra effosa. Leucadẽ in insule formã rede
gisse: ꝛ in eum locũ trãsportata nerito: qui fuerat Isthmus. nec fretũ euripus est põte iugabilis mutato noĩe di
cere leucadem: sumpto vt reor a leucate vocabulo. Est eĩñ albicanti colore petra in pelagus atq; Cephaloniaꝫ
proiecta ꝛ leucadi adiacẽs. hinc accepere nomẽ leucadij. vt ait Herodo. gens dorica: ꝛ a Corintho oriũda. ꝛ Thu
cydides leucas corinthioꝝ colonia: quorũ ager tã extra ꝙ intra Isthmũ: vbi leucas ipsa sita est: quibus in locis
teste Plinio sarda gẽma inuenit. ¶ Hinc se deucaliõ. deucaliõ patruelis pyrrhe fuit. nã ex prometheo natus est
deucaliõ: ex epymetheo pyrrha qui duo ßm fabulas genus humanũ instaurarũt: iactis post terga lapidibus.
¶ Hanc legem locus ille tenet. Apud eundem geographũ legitur leucatã habere phanũ apollinis vbi saltus
fiebat qui ad sedãdos amores valere credit: ex quo loco Sappho prima dicitur: superbe ab excelsa se deiecis
se petra: stimulante cupidine. sicut menãder autor est. antiquiores ꝓo scriptores non Sappho: sed Cephalum
prius saltasse tradunt pterole captũ amoribus. Statius in vltimo syluarũ scribens epicedion in patrẽ suum.
Sappho innuit desiluisse in mare sic dicens. Stesichorusq; ferox: saltusq; ingressa viriles. Non formidata teme
raria leucade Sappho. ¶ Gene. Sestus põpeius dicit genas. Ennius palpebras putat cũ dicit hocq; su. pãdite
sub genas: ꝛ corde relinqte sõnũ: alij eas ptes putãt genas: ꝗ sunt sub oculis. ꝛ sic hoc loco Oui. Insano. magno
☞ Multa coma. i. frõde ꝗ arborũ coma est. Dos loci. i. decus ꝛ preciũ. Queruntur. i. qrulã vocẽ edũt. dulce. i. dul
ASEEN citer ac cũ dulcedine: vt mirũ sit etiã qrelas in auribus suaues esse sicut lacrime in formoso vultu decore. Sola
ordo est. sola daulias ales. i. auis vel pgne: ßm hunc locũ existẽs mater mestissima nõ vlta prius virũ. i. quia nõ
prius animaduertit in virũ ꝙ filiũ illi epulandũ occideret: cõcinit. s. qrula. itym scꝫ filiũ bismariũ. i. thracium.
Ales itym sup. decãtat ab inferiore zeugma. Est nitidus ꝛc. Per fantasiã dicit sibi ad fontẽ decũbentẽ appervisse
se formosum: vel cupidinẽ seu amorẽ cohortantẽ vt se precipitẽ daret de rupe in mare ambrasiũ: qđ etiã fecisse
legitur amoris impatientia. Fingitur autem is locus eius nature vt qui se illic precipitem dederit cura leuetur
amorum quod reuera his contingit qui sibi necem concitant: qr mors vltima cura rerũ est. Ibimus o nymphe
Nam ad fontem dormiens id dixit nymphe semper esse putantur. Et si dicatur dubius esse euentus rei: cũ ꝛ ne
cari verosimilius ꝙ leuari curis sit respondet. Quidquid erit melius ꝙ nunc erit: quia etiam mori melius erit:
ꝙ in tali cura viuere: sed ex homero Verg. vj. enei. de his qui interimerent dicit cũ admiratione: quã vellẽt ethe
re in alto nunc: ꝛ pauperiem ꝛ duros perferre labores. Fata obstant ꝛc.

☞ Tu quoq; mollis amor. cupidinẽ inuocat non
DOMI. tam numen propriũ ꝙ ad historiam alludens de
quã ante dictum est. nam leucadij cum fontem de
mittebant addebãt pẽnas ne casu periret. Ne sim
crimen: idest inuidia ꝛ infamia. Mortua si moriar
Chelis. Inde chelim phebo Chelim cytharam dixerunt:
qm̃ ex chelone. i. testudine primũ eam formauerit
mercurius: vnde ꝛ testudo dicitur. hi aũt duo ver
sus dum parum intelligũtur erroris causam pre
buerunt nõnullis legentibus Oui. versum ad ma
cron: vbi cum de Sabini epistola scriberet nomi
ne phaonis ab sappho ite ait. Dat votam phebo
lesbis amica lyrã. i. sappho accepit literas a phao
ne eum non rediturũ: propterea se deiecit ex leuca
de: ꝛ amore liberata dedit lyram apollini quam ei
nuncupauerat. His. s. duobus versibus. Cõmunia
cõuenientia mihi ꝛ phebo. poetica grecis
dicitur ab Herodoto ita scribi
tur. Grata que tuo numine ser
uata est incolumis et amore liberata vates tua.
Lyrã primus fecit Mercurius: vt ante diximus:
quã tradidit Orpheo ex testudine: vt Erastroche

Tu quoq; mollis amor pennas suppone cadenti
Ne sim leucadie mortua crimen aque
Inde chelym phebo communia munera ponam
Et sub ea versus vnus ꝛ alter erit.
Grata lyram posuit tibi phebe poetica sappho:
Conuenit illa mihi: conuenit illa tibi.
Cur nunc actiacas miseram me mitis ad oras
Cum profugum possis ipse referre pedem.
Tu mihi leucadia potes esse salubrior vnda:
Et forme meritis tu mihi phebus eris.



An potes o scopulis vndaq; ferocior illa
Si moriar: titulum mortis habere mee:
al's o.
Ah quanto melius iungi mea pectora tecum
Quam poterant saxis precipitanda dari.
Hec sunt illa phaon: que tu laudare solebas
al's sum.
Visaq; sunt toties ingeniosa tibi.
Nunc vellem facunda forem. dolor artibus obstat
Ingeniumq; meis substitit omne malis.
Non mihi respondent veteres in carmina vires
Plectra dolore tacent: muta dolore lyra est
Lesbides equoree nupture nuptaq; proles
Lesbides eolia nomina dicta lyra:
Lesbides infamem que me fecistis amare
Desinite ad cytharas turba venire meas.
Abstulit omne phaon quod vobis ante placebat
(Me miseram dixi quam modo pene meus.)
Efficite vt redeat vates quoq; vestra redibit
Ingenio vires ille dat. ille rapit.
Hec quid ego: in pcibus pectus ne agreste mouetur
An riget: ꝛ zephiri verba caduca ferunt:
Qui mea verba ferunt: vellem tua vela referrent.
Hoc te si saperes lente decebat opus.
al's parentur.
Siue reddis puppiq; tue votiua parantur
Munera quid laceras pectora nostra mora
Solue ratem: venus orta mari mare prestat eunti:
Aura dabit cursum: tu modo solue ratem:
Ipse gubernabit residens in puppe cupido:
Ipsa dabit tenera vela legetq; manu:
al's sappho.
Siue iuuat longe fugisse pelasgida sapphon.
Non tamen inuenies cur ego digna fuga
O saltem misere crudelis epistola dicat.
Vt mihi leucadie fata petantur aque

nes scrib. auctore hyginio. Ea relata est in celum
mortuo orpheo fauore apollinis quem plurimus
apud inferos laudauerat et volũtate iouis qui id
cõcessit calliope filie: matri orphei. Lesbides equo
ree: ꝛ hac appellatione miseratione mouet dũ se
veteri voluntate carere ostẽdit: ꝛ iucundã olim cõ
suetudinẽ abdicat: auxit affectũ compositiõe vno
verbo sepe repetito: qđ nõ modo ad lacrimas fa
cit: sed ad indignationẽ aliqñ. Equoree insulares
appellat aũt prius discipulas: quas olim erudie
bat: in his tres claruerũt vt ante diximus deinde
eas in quaꝝ amore ĩfamia libidinis nõ caruit de
quibus suidas pro acedavolentes enchicheas ꝛc.
Eolia. i. lesbia: naꝫ lesbos insula eolica est: immo
eolicaꝝ ferme vrbiũ metropolis: vt scri. Stra. qui
auctor est eolicã gentem magnã fuisse: ꝛ p totã fer
me greciã euagantẽ. Et dionysius eoliden insulã
appellat lesbon. vnde ꝛ lingua eolica originẽ sorti
ta est. Lesbides infamẽ: nũc concubinas suas ap
pellat thelesippã: Megarã: ꝛ Athidẽ: ita lege hũc
versum. Me miseraꝫ dixi quã modo pene meus:
vt cõiungas ꝙ pene diximus Phaon. Pectus ne Pectus.
agreste. pectus frequẽter pro animo apud poetas Caput.
Caput pro vita. Caput aũt operiri aspectu ma
gistratum nõ venerationis causa iusserunt anti
qui: sed vt Varro auctor est valetudinis: quo firmi
us consuetudine ea fieret. Plinius idem repetit.
quod autem causa valetudinis fuit institutum ad
venerationem traduximus. Plutar. vero in que
stionibus ad historiam hoc refert. Naꝫ querit. dia
titus theus ꝛc.

cur qnum deos
adorant caput operiunt: quum vero incidunt in
homines veneratione dignos etiam si forte oper
tum habuerint caput operiunt: deniq; ait institu
tum vt ita deos veneremur cooperto: scilicet capi
te, ꝛ palliato ab enea: qui inter sacra caput operuit:
ne Diomedem hostem videret: quum autem deo
rum sit homines contra aperto capite venerant:
ne eodem cũ dñs honore censeri videantur. Ca
stor addit nescio quid pythagoricum qđ illic leges
quum velles. Si saperes: si humanitatem ꝛ rectũ
officium retineres: ꝛ me nosses delicias tuas. Si Soteria
redis: idest si cogites de reditu. Votiua munera: so
teria Ratem vt ex parte totũ intelligamus: vel ex
specie genus: vel ex precedentibus sequentia libe
rius esse poetis ꝙ oratoribus. nam oratores mu
cronem quidẽ dicũt pro gladio: ꝛ tectum pro do
mo: non tamen puppim pro naui: vel abietẽ pro
tabellis: nec ferruꝫ pro spiculo: nec quadrupedem
pro equo. Venus orta mari. ita Herodo. Quod ti Venus.
meas non est: auso venus ipsa fauebit. Sternet ꝛ
equoreas equore nata vias. Ex ioue venus crea
ta est: gracie lucina diana: eiusq; tutele data est ma
tura virginum etas multa in nuptiarum ritu: a lo
cis que tenuit Erycina Paphia syra: cyteria dicta
ex maris spuma nata dicitur. notissima fabula.
Sed cum quatuor veneres tradiderit antiquas:
hec est secunda: quam exeuntem mari Anadiome
nem appellatam insigni laude pinxit appelles:
quam tabellam Augustus in delubro patris Ce
saris dicauit. Pelasgida: nã Pelasgi: et ephori He Pelasgi.
siodi Homeriq; testimonio docet Strabo per vni
uersam ferme greciam vagi ꝛ errabundi rem mi
litarem exercuerunt: locis in quibus fuerunt nõ
nullis dederunt nomina. nam peloponnesus pe
lasgica ab his dicta est. argos item pelasgi cum: et
lesbos pelasgica. Plini. cuius verba antea recitauimus: Pelasgiã scribit. idem ab atheniensibus appellati sunt
pelasgi immutata litera: idest ciconie ob assiduos errores: idem aliquando fuerunt in italia: quod Strabo re

fert ꝛ affirmat Dionyſius alicarnaſeus. Genus aūt duxerūt ex archadia ex pelaſgo filio Jouis ꝛ Niobes. Ju[…] ſeu tibi cōſiliū eſt. Fugiſſe pelaſgida Sappho. i. Sapphon Leſbiā. Nō tn̄ inueni. hic totus verſus per interp[…] tionē legēdus eſt: ita cōiungendū ſi iuuat fugiſſe Sapphon. O ſaltē. crudelis epiſtola dicat ꝛc. Fata: miſerab[…] ter ſaltū leucadiū iam factū ꝛ mortē ſuā appellat: ꝛ ſi straboni credimus: inde ſe deiecit: qd̄ ꝛ Ouid. innuit eo ver[…] ſu quē pauloante recitauimus. Dat votā phebo leſbis amica lyrā. Claruit aūt cū Alceo olimpiade ante Tarq[…] nij priſci arcum edificatum: vt euſebij recenſent tempora. Uale.

Sapph' etas.

BEOR. ☞ Pennas ſuppone Alludit ad hiſtoriarū Siquidē Strabo tradit leucadijs morē patriū fuiſſe: vt in appo[…] nis ſacrificio: noxiū aliquē quottānis auertende deorū ire gratia de mōtis ſpecula deijceret: eiq; applicitis [pe]nnis ꝛ auibus multimodis: q̄bus leuari poſſet: ſaltus ipſe pinde ac volatus efficeret multoſq; circūſtantes cade[n]tē paruis excipere nauiculis ꝛ p viribus cōſeruatū extra fines emittere incolumē. ¶ Chelym: eſt pars cythar[e] ſcribiturq; p ch. in principio ꝛ vltima y. dr̄. a verbo cheo qd̄ lego ſignificat: vel quoniā a corio teſtudinis q̄ gre[ce] cheloni dr̄ a qua fabricata ē. ¶ Phebo. nā ꝛ phebus cytharas hūit a Mercurio. ¶ Uerſ'. i. epigrāma. ¶ Un[…] et alter. diſtichon ſignificat. Poſuit. ſic Ouidius vt diximus. Dat votā phebo leſbis amata lyram. ¶ Cur nūc a[…] ciacas. obiurgatio in phaonē: q̄ magis ſalutaris eſſe pt ꝙ ſaltus acciacus: mō redeat: nec itē ſit apollini cōce[…] rus dignitate forme. ¶ Acciacas. poſſeſſiuum ab actio. Iuuenalis. ¶ Mocſta ne acciaca tulit Cleopatra car[i]na. ¶ Titulū. cām: ꝛ nomē: q: dubitat eū p amorē ꝛ illecebras reuocari poſſe: monet vt formidet inuidiā que[…] ſibi cōſtabit ſi fuerit cā mortis puelle: tū igenioſe: tū eū miſere amātis. ¶ Pectora. ſepe mētionē facit eius p[…] quā nouerat placere amatori. ¶ Plectra. plectrū grece: latine pectē. ſic Uer. Jā pectine pulſat eburno. deduc[…] Plectrū plectro qd̄ eſt pcutio: inde ꝛ plintron grece latine plaga. ¶ Muta dolore lyra eſt. Cum cytharite can[…] vtriuſq; manus fungunt̄ officio: dextra plectro vtit̄. ꝛ hoc foris canere dr̄: ſiniſtra digitis cordas carpūt: ꝛ hoc [i]ntus canere: vt Pedianus ait. ¶ Leſbides equoree p anaphoram. i. repetitionē affectū mouet. ſic Uer. Euri[di]cem vox ipſa ꝛ frigida lingua. Ah miſerā eurydicē linguā fugiente vocabat. Euridicen toto referebant flumin[e] ripe. Aeolia. lyra exponunt quidā dialecto q: eolia vſus ſit: quorum ſententie accedit acron exponens illud ho[…] ratij in carminibus: eolie fidibus puelle. Nos autem ſequentes ſententiam Dionyſij ſic decentis Deolidon am[…] phe nete v:caniſon leſbō terochorione mertis genedio atq; cultathij cōmentatoris eruditiſſimi: dicimus leſ[…] bon ꝛ tenedon eolias fuiſſe inſulas: atq; hoc loco eoliā lyram dictā: quia Sappho leſbia fuerit: ꝛ ſubicit Euſta[…] thius ex ſententia nobiliſſimi geographi. omnes qui extra Iſthmum pelopōneſiacum: preter athenienſes: me[…] garenſes. ꝛ dores: qui erant iuxta pernaſum: eolos appellatos: adeo late eolica gēs patebat: hū ꝛ ſephiſſime p[in]darus: ꝙuis doricē ſcribat: eolicam ſuā cantilenam dicit. hi eoles qui in europa ſunt ab eoli filijs denomina[ti] fuerunt. Sed qui aſiam colunt eolenſium. qui in europa ſunt coloni fuere: ꝛ non ſoluz eoles ab eoli filijs dicunt[…] ſed quia fuerunt gens varia ꝛ ex multis nationibus miſta: nam ꝛ eolon varium ſignificēt. ¶ Ingenio vires. Si[c] propertius. Ingenium nobis illa puella facit. An dubitātis particula. zephiri. ventus eſt occiduus: qui latine fa[…] uonius appellat̄. dr̄ aūt zephirus quaſi ziphoros vitā ferens: vel ꝙ fert q̄ ſunt ad vitā: eo flante plante oēs ge[r]minant, ꝛ pullulāt vel dr̄ zephirus paraton zophon. i. a tenebris: ab occidua eīn parte flat vētus hic. ¶ Ferūt ꝛ ferent. oarinchiſis. i. a nolatiuo. ¶ Aſſonant eīn ſimul ferūt: ꝛ referunt. ¶ Uotiua. dicunt̄ q̄ voto ſuſcepto ſolu[un]tur. ¶ Uenus orta mari. ex teſticulis celi: ꝛ ſpuma maris: nata eſt venus: q̄ a facto ipſo aphroditi dr̄ nā aphros ſpumā ſignificat: appellat̄ item cythera. ꝙ primū appulerit cytheris: ꝛ cypris. q: in cyprē nutrita fuerit. ¶ Cu[…] pido. amoris deus: ꝛ veneris filius: quam duplicem tradit Apuleius hſdē fere verbis Hero ad ſe natantē Lean[…] drum vt mare intrepidus intret: alloquit̄ dicens. Quid timeas nō eſt: anſo venus ipſa fauebit. Sternet ꝛ eque[…] reas equore nata vias. Pelaſgida Sappho: grecā ſimpliciter q̄dā intelligūt: ignorātes leſbon prius pelaſgiā v[…] Pli. tradit ꝛ Strabo appellatā. Fuerunt eīn pelaſgi inops genus hoim̄ errantiū: q̄ per vniuerſam fere europam errauere Unde in naturali hiſtoria habemus. Pelaſgos quoq; dux fuit euāder literas in italiā adduxiſſe. ꝛ A. Gel[…] lius in noctibus atticis. Arūcos. Sicanos. ꝛ pelaſgos primum coluiſſe Italiā dicit. Fata petantur aque qd̄ tan[…] dem fecit vt ſupra docuimus. Finit Sapphus Ouidij: cum interpretamentis Georgij Merule.

ASCEN ☞ Hec ſunt illa phaō. ſ. pectora. Subſtitit. i. repſſuz eſt. alludit ad venā eloquij q̄ fluere ſolet: ſz malis repſſa eſt vt ſubſtet. Ueteres in carmina. i. ad carmina cōficienda priores ac ſolite vires. Leſbides. i. mulieres ex leſbo ap[…] poſitorie noīa dicta. i. dicta tota ꝛ laudata: vt prima dicta mihi ſumma dicēde camena ꝛc. Me miſerā: minor eſt excādeſcentia ꝙ ſi dicat o me miſerā. Ordo tn̄ eſt. o me miſerā aut miſerā. i. miſerādā: me cēſeo: ꝙ. i. ꝙtū putas. Pene. i. quaſi dixi me'. ſ. phaō abſtulit. Efficite: vt redeat. ſ. phaō. Hec q̄d ego ſup. pcor: vt ſit. q̄d. i. ad q̄d ego hec pcor: hoc op'. ſ. redire lēte. i. piger ꝛ tarde ad reditū. Fugiſſe pelaſgida ſappho: q̄ neſciūt greca in o hr̄e accūm in o legūt ſapphon: ſz et ſapphon ꝛ didō in accuſatiuis legim'. Siue iuuat. Ordo lōgus eſt: ſiue redis ꝛc. Quid la[…] ceres ꝛc. i. cur nō cito redis ſi rediturus es. Siue nunc iuuat fugiſſe ſappho pelaſgida. i. grecā mulierē: lōge. i. ſi[…] ue nūq̄ reditur' abſiſti. O optātis eſt. i. vtinā epl̄a. ſ. tua qua meis literis reſpōdebis dicat ſaltē miſere. ſ. mihi vt ſaxa aque leucadie. i. pcipitia maris leucadice: petant̄ mihi: vt. ſ. ſic finiā aut amores aut cū amorib' vitā Et ita oratorie ſummū ꝛ grauiſſimū pōdus votoꝝ in fine ponit: vt ipſ memorē cōmiſerari faciat. Hec ſunt q̄ in eplas Ouidianas quāta potui breuitate ꝛ cōmoditate adnotaui. ¶ Finis Sapphus Ouidij.

¶ Domitij Calderini Ueronenſis commentarioli in Ibin Ouidij ad virum clariſſimum Falconem Sinibaldum ciuem Romanum erarijq; pontificis cuſtodem.

Domitius Calderinus Falconi Sinibaldo ſalutē. Cōmētarios meos in ibin Ouidij: quū nulli nup petiſſent: vt ederē id mihi agere: viſi ſunt alieniſſimo tēpore. Nā nec opus adhuc emendauerā ab au[…] ditoribus exceptū ſupiorib' ānis quū publice in academia id pſtteremur: nec quorūdā maleuolen[…] tiſſimoꝝ hoim̄ inuidiā: quā lucubratio nr̄a in Martialē: vel ꝯtrarit: vel exulcerauit adhuc ſedatā: aut certe lenitā intelligebā: vt ꝙtū ego ſcribēdo: tm̄ ipſi calūniādo: cauillādo: maledicēdo cottidie medi[…] tētur oīs humanitatis ꝛ officij obliti. Nā qd̄ maxime tueri habēt: ꝛ in cōem vtilitatē iuuare: ꝛ id potiſſimū op[…] pugnant: ꝛ laboꝝ ac induſtrie laudē labefactare conant̄. Sed ijs ſatis reſpōdimus his libris q̄ in manib' ſunt: et ppediē edent̄: quoꝝ prim' locoꝝ oīm q̄ apd̄ Iuue. obſcuriora ſunt explicationē cōtinet. ne paradoxis pauloā te emiſſis: q̄ pfecto ſunt plane paratā doxā: ac ſilam Iuuenalis ſtudioſi aliō prane diſcāt quū Iuuenalē q̄rtāt ꝛ re[…] liq̄s tribus nouā variarū reꝝ cōmētationē cōpleri ſumus vbi ita egi cū aduerſarijs: vt ꝛ me patiētie mee q̄ iaz diu abutunt̄: nō peniteuerit: ꝛ iſtos pudere oporteat ſtultitie ſue ac temeritatis Satis eorū ducē ꝛ ipul forē olim pliteres monui: ne in maledicta incurrat: in quibus declinādis nō minus prudentie exiſtit: ꝙ in ferēde fortitu[…]



dinis ꝛ cōſtantie. Sed ad te redeo Falco cuius humanitas et beneficentia immortali officiorum gratia totam [ciui]b' ita ſibi deuinxit: vt nemo amet qui non adamet. Ament autem omnes tuiq; virtutibus excellentiſſimis honeſtiorem locum ꝛ optant ꝛ ſperent: tametſi in honeſtiſſimo ſunt. Tibi has vigilias noſtras mittim' ac di[…] camus: que olim ab auditoribus excepte ſine certi auditoris nomine ferebantur. multoſq; repericbant: domi nos cum me carerent. Opus ouidij eſt plenum ire ꝛ obſcuritatis. Ego vero que aut a grecis apollodoro. Lyco phrone. Pauſania. Strabone: apppollonio: ꝛ illi' interprete alijſq; ſcriptorib': a noſtris tradita ſunt quequidē ad huius explicationem pertinere videbātur: in hoc opuſculū congeſſi: tu leges: cum per negotia publica li[…] cuerit: ꝛ domitium tui ſtudioſiſſimum amabis. Uale.

De Ouidij vita nihil a nobis in hoc loco ſcribendum eſt: quū ꝛ a multis ea tradita ſit: ꝛ ex poete li[…] bris facile cognoſci poſſit: vnam illā particulā nō pretermittemus: que eſt de eius exilij cauſa nā ita ab eo in multis locis perſtringitur: vt cū proferre nō audeat: variā interpretātibus coniecturā pre beat. Qua de re vt dicā qd̄ ſentio: quū due ſint cauſe: quarū altera ſpecioſa eſt velandi criminis gra tia ab imperatore auguſto ꝛ poeta iactata: ꝙ. ſ. libros de arte cōpoſuerit: altera vera quidē eſt. ſed ſuppreſſa ne auguſtus offenderetur: poſſim tamen quedaz carminis inuolucro at verecunde deſignata re ꝙ ſcz amauit. vt alij ſentiunt Liuiam auguſti filiam nā ea flagrauit adulteriorum infamia ꝛ dānata eſt: vt ſcribūt Plinius ꝛ tranquillus. vt alij ſuſpicantur Liuiam vxorem. Hanc exilij cauſam teſtatur Sidonius: qui ouidiuz ſcribit adductum fuiſſe ceſaree puelle: ſed poeta amoris crimen transferendo imminuit. Naz id appellat im[…] prudentiaz non amorez: ꝙ ſcilicet dum Ceſaream puellam imprudenter coleret ꝛ ſtudioſius obſeruaret: in amoris venerit ſuſpicionem ſuamq; cauſam ſimilez ait eſſe acteonis: qui caſu cum ſpectaſſet dianam ꝙuis non amaret: tamen perijt. Cur aliquid: vidi inquit: cur conſcia lumina feci: Cur imprudenti cognita cauſa mi[…] hi eſt: Inſcius acteon vidit ſine veſte Dianā. Preda fuit canibus: nec minus ille ſuis Nec his aſſentior: qui cuz verſum de turpi ſecreto auguſti dictum putant. Nam cum illic placare ꝛ lenire imperatorem ſtudeat cur ſcelus obiecaſſet. Corynnam eam ficto nomine appellat: quod fatetur Mouerat ingenium totam cantata per vrbē Nomine nō vero dicta corynna mihi. Alibi idē ſepe. Due autē fuere corynne: vt Scribit ſuidas: vtraq; carmine Lyrico erudita: vnam taurū tradit pauſanias: ꝛ eam cōtendiſſe cum pyndaro Thebis: fuiſſeq; victricē vel for me vetuſtate qua iudices corrupti ſunt: vel lingue eolice gratia: quam thebani Dorice antepoſuerūt: qua Pyn darus vtebatur: teſtatq; monumentū: in quo illius effigies vitta coronata cernebatur. De hac Papinius. Ue teres ſecreta Corynne. ꝛ Proper. idem inde Ouidius ſuam puellā Corynnam appelauit ab eruditionis elegā tia ꝛ forme. Illud addamus in ponto vnde hoc opuſculū emittit eundem cōpoſuiſſe opuſculum de piſcibus quo incognita nobis piſcium nomina complexus eſt: vt ſcribit Plinius.

Exilij oui diani cā.

Corynne due.




Argumentuz carminis eſt imprecatio qua inimicum deuouet: quē ibin ap[…] pellat: nō vt alij ſuſpicati ſunt ꝙ ibis ciconia ſit feda auis que roſtro purget ventrem. Id enim eſt ciconie. Ibis vo egyptia tn̄ eſt vt ſcribit Herodotus in. ij. hiſto. du plici genere: altera nigra crurib' gruū roſtro ma[…] xime adunco: q̄ aduerſus ſerpentes colit̄. altera fa miliarior hoibus glabro capite ꝛ collo pennis cā[…] didis preter collū ꝛ extremas partes alarū. Calli machum aūt in hoc eſt imitatus inſcriptiōe quo[…] q; operis. Nam callimachus apolloniū rhodium qui argonautica ſcripſit diris iprecationibus de uouit carmine elegiaco: cū ille diſcipulus in ſe pre ceptorē parū pius fuiſſet: vt apud Suidā legimus Apollonius aūt ꝛ Dionyſius Alexādrini quidē fue runt auctore Stra. ſed rhodij dicti ſunt: qm̄ rhodi literis operā dediſſent idē teſtat̄ Apollonij inter[…] pres. Cū igit̄ callimachus in illū inueheret̄ per cō temptū appellat ibin quaſi auē alexandrinam et egyptiā: vt ita indicaret eū eſſe Alexandrinū: ꝙuis Rhodus diceret̄. Ibis itaq; inimicus ab Ouidio appellat̄ nō pper vllā auis ſimilitudinem: ſed ab imitatione tm̄ Callimachi: qui cur ibin apollo[…] niū dixerit: iam ppoſuimus. Opus eſt obſcurū ſre motis preſertim fabulis: nō tam vt lateat inimi[…] ci nomē: ꝙ callimachi imitatione: qui eodē ſtilo ꝛ obſcuritate opus cōpoſuit: vt Suidas tradit: qd̄ nūc imitat̄ Oui. quis hic ſit inimicus Oui. nec ipſe vſq̄ apuit: nec ab alijs deprehēdi facile eſt: vxorē certe poete ſollicitabat: qua de cauſa exarſit hac carminis acerbitate: qd̄ facturū denūciauit in viti mo ſine titulo. Primū dolet ſe cogi amorib' ſuis diſcedere: vt q̄ hactenus neminē leſerit nūc cogat̄ maledicos verſus in aduerſariū ſcribere.

DOMI. Titulus operis.

Ibis.

Publij Ouidij naſonis in Ibin opuſculum.

Tempus ad hoc luſtris mihi iaz biſquin que peractis

Omne fuit muſe carmen inerme mee

Nullaq; que poſſit ſcriptis tot milibus extat

Litera naſonis ſanguinolenta legi.

Nec quenq̄ noſtri: niſi me leſere libelli

Artificis perijt cum caput arte ſua.

Unus (ꝛ hoc ipſum eſt iniuria magna) perennem

Candoris titulum non ſinit eſſe mei.

Quiſquis is eſt nomen adhuc vtrunq; latebit. als virūq; taccbo.

Cogit inaſſuetas ſumere tela manus

Tempus biſquinq; luſtris. Quinquaginta annis. Luſtrum dixerunt latini ſpatium quinq; annoꝝ: quod greci olympiadē appellarūt: eam inſtituit Hercules Alcmene: vt Straboni pla[…]

Argumentum.

Luſtrum.

Olympias

cet. pauſanias vero ſcribit Peoneū epimedē liſium Idam ꝛ herculē fratres fuiſſe filios Crete ex ida herculēq maximum natu olimpiades inſtituiſſe quinq annoꝝ ſpatio a numero fratrū. Nā quum q erāt oēs: mulieribus nō licebat olimpica ſpectare: que lex ſancita eſt quum callipatira: vt alij ſcribūt Pheronice filio victore illic ſaltans ſexum pdidiſſe & deprehenſe deÿciebant typheo. Plura Solinus de olympiade. Sanguinolēta: maledica. Niſi me: nā miſſus ſum in exiliū libris de arte amandi editis. Unus ibis. Mei cādoris: mee gratie ꝛ beneuolētie erga oīs. Inaſſuetas. inhabiles carmini maledico. Relegatū. preſcriptis finibus in exilium miſſuꝫ. Uulnera exilij mei. Uerba canina: maledica dicuntur a rabie canis cuius morſu ſaxa feriuntur: vt ſcribit Plinius: vnde prouerbium dictū eſt. Mordere lapidem: ꝛ mordere p carpere tractum ē ab eiuſdē animalis morſu. Foruꝫ dictū eſt: vt varroni placet: q cōtrouerſie ꝛ res venales illic ferantur. Idem macellum dicebatur ab obſoniis que vēdebantur illic. Nā iones hoſtia hortorum macellotas appellant: alij a macello: cuius damnati hortus vel domus vēdendis obſoniis aperta ſit. Foꝝ hic accepit pro conuentu hominum in forum cōuenientium. Funera calamitatem. Nō patitur. Non eaꝫ alijs curis afficit. Tabulas: bona ſua appellat tabulas naufragij: hoc ē reliquias exilij: quas impius inimicus ſurripere tentabat. Habere mei. Et qui debuerat ſubitas. habere: ſurripere ſunt etiam qui intellexerunt tabulas naufragij vxorem: quod non placet. Extinguere ſubitas flammas. i. ferre opem exilio meo queadmodum alij accurrunt ad incendium domorum. Raptor: raptores dicuntur qui vi ſurripiunt aliquid contra fas: dij melius: in inuidiā adducit inimicum. Dij melius. agunt mecū. Ille: augustus. Noſtras: Exiliū. Nam bona non abſtulit: vt alibi etiā ſcribit. Agā grates: poeticum eſt. Naꝫ oratorum agam gratias. Pōtus: prouincia nobilis crudelitate medee ꝛ veneficis herbis, a pōto rege nomen accepit. Pontus mare dicitur a qd ſignificat mergo. Pōtus locus exilij mei. Uaticinatur ſe ſcripturꝫ eſſe quod in exilio ſcripſit de triumpho ceſaris. Idem: augustus. Teſtificanda: numeranda inter veneficia. Calcaſti: inſultaſti iniuria affecto. Heu miſero. q. d. me miſeret[...] te afficiam tantis maledictis diris imprecationibus.

Olympica.

Uerba canina.

Mordere lapidem.

Forum.

Macellū:

Raptor.

Grates.

Ille relegatum gelidos aquilonis ad ortus
Non ſinit exilio delituiſſe meo
Uulneraq immittis requiem querentia vexat:
Iactat ꝛ in toto verba canina foro.
Perpetuoq mihi ſociatam federe lecti
Non patitur miſeri funera flere viri:
Cumq ego quaſſa mee complectar membra carine
Naufragij tabulas pugnat habere mei
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas.
Hic predam medio raptor ab igne petit.
Nititur vt profuge deſint alimenta ſenecte
Heu quanto noſtris dignior ipſe malis.
Dij melius: quorum longe mihi maximus ille eſt
Qui noſtras inopes noluit eſſe vias.
Huic igitur meritas grates quaſcunq licebit
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.
Audiet hec pontus: faciet quoq forſitan idem
als propior.
Terra ſit vt potior teſtificanda mihi.
At tibi calcaſti qui me violente iacentem
Quod licet (hei miſero) debitus hoſtis ero

Iodoci Badij aſcenſij opuſculi Ouidiani
in Ibin familiariſſima explanatio.

ASCEN

Intentio poete.

Tempus ꝛc. Opus hoc ſcribit Ouidius in Ibin. i. carmē imprecatoriū atq maledicū in quendā aduerſariū ita merito criminandū: queadmodū callimachus criminatus eſt apollonium: quē ibim vocauit quaſi auē externā: cum ſe rhodiū mentiret: queadmodū is quē Ouidius criminat ſe romanum mentiebat. Non tñ eū nominat: aut q famoſos libellos: edere lege vetitū erat pprio ſ[...] expreſſo: aut q ſe inuite maledicere oſtēdat: ꝛ ſummopere puocatū vir regere cōuicia: aut parco[...] ferre vices. Intētio aūt eſt: aut alio ſuo morē gerere: q dulcis eſt nōnullis vindicta que male dicēdo fit: ſed ea c[...] turpis ꝛ ſceleſta chriſtiano fugiēda eſt. Aut vt minādo ꝛ imprecādo aduerſarium a maledicēdo ꝛ puocādo vlterius reuocet: niſi eni interdū ſtultis ꝛ maledicis reſiſtatur nullus eſſet in eis maledicendi modus. Unde mon[...] Comicus aduerſarios ſuos ceſſent maledicere malefacta ne noſcant ſua. Et hec quidē intētio ꝛ modus obſ[...]uetur honeſtior ꝛ chriſtiano dignior ſit. ꝛ licet Oui. chriſtianus nō fuit: eadē tñ virtus illi cognita fuit: vnde co[...]natur ſe candidū. i. ſine liuore adſtruere. Qualitas carminis eſt elegiaca. ea eni precipue valuit: ꝛ ideo plurim[...] vſus eſt: ſm tamē materie exigentiā iambica eſſe debuit. Liber vnus eſt: nec is ſane magnus: ſed ſane q diffic[...]lis: q olm quos infortunatos nouit in fortuna aduerſariū ſui imprecat: niſi deſiſtat ab incepto: ꝛ ita corund[...] inquiſitio difficultatē affert. In qua re: q diligētiſſimus fuit Calderinus ſatis erit ordinē cū familiari explanatione preter eū cōtexuiſſe. Nam poete vitam ante epiſtolarū explanationē: ꝛ exilij cauſam ante hoc opus vidimus. Ordo igitur eſt. Omne carmē mee muſe. i. vene aut intentionis mee fuit inerme. i. ſine maledictione: imprecatione: aut inuidie telo vſq ad hoc tēpus: ꝛ hoc bis quinq. i. decē luſtris. i. quinquennalibus temporibus hoc eſt quinquaginta vite mee annis iam peractis. Et nulla littera. i. ne minima quidem particula naſonis mea aut operis mei qui naſo vocor: extat ſup. tot milibus ſcriptis. i. licꝫ tot milia ſcripſerim. nā ſi intelligat[...] in vt ſit in tot milibus diceret ſcriptorꝫ: que ſcꝫ litera hoc eſt particula poſſit legi ſanguinolēta. i. ſanguine app[...]tens ab hoſtilis ſine maledica. perſtat in metaphora: quia dixerat inerme. Nec noſtri libelli leſere quenq: n[...]



me: ſcꝫ vnū qui in exiliū miſſus ſum ob libros de arte amādi. Bene aūt dicit noſtri libelli pluraliter: q licꝫ modeſtie gratie de vno pluraliter in prima perſona loquit: ꝛ tamē ſingulariter addit me: q ſe ſolū vult ſignificari leſum. Unde licꝫ potuiſſet: noluit tamē dicere niſi nos eū. i. quādo caput artificis. i. caput meū perijt. i. exilio damnatum fuit arte ſua. i. ppter artem ſuam ꝛ a ſe inuentā. Unus. ſ. aduerſarius maledicus ꝛ inuidus (ꝛ hoc ipſum ſcꝫ q ille vnus id facit: q nō iure ſed iniuria: eſt iniuria magna) non ſinit. i. nō patitur titulum candoris mei. i. puritatis mee ab omni inuidia eſſe perennem. i. perpetuum vſq ad finē vite. Quiſquis. i. quicunq eſt. nam nomen vtrunq. i. tam proprium q cognomen eius latebit adhuc. i. donec videro an reſipiſcere velitis cogit manus inaſſuetas. i. nullo modo aſſuetas: ſumere tela. i. ſcribere carmina maledica reſipiſcere ſup. metaphora ab hoſtili bello. Ille relegatum. Docet cauſam querele ſue in aduerſarium eſſe iuſtiſſimam cum ille miſerum ꝛ exulem indignis iniurijs perſequatur: quem merito protegat ꝛ defendat. Unde ordo. Ille: ſcilicet aduerſarius qui me cogit tela ſumere non ſinit ſupple me relegatum. i. miſſum in exilium ad ortus gelidos aquilonis. i. ad pontum iuxta getas ad frigidam zonam delituiſſe. i. perfecte ꝛ quaſi incognitū ad finem vſq latuiſſe ſup. in exilio meo: ꝛ ipſe immitis. i. immanis ꝛ crudelis: vexat. i. moleſtat vulnera querentia requiem. i. male refricat: hoc eſt innouat: que neglecta requieſcere: hoc eſt requiem ſumere velint: ꝛ iactat verba canina. i. detractoria ꝛ irritatiua ac maledica more canum: toto foro. i. vbi eſt plenus conuētus hominum: ꝛ non patitur ſociatam mihi perpetuo federe lecto: ideſt legitimam coniugem meam flere funera. i. exilia funeri comparanda: viri miſeri: quia vexando eam cogit eam aliud cogitare ꝛ agere: ſcilicet de aduerſario conqueri. Cumq. i. ꝛ cum ego complectar membra mee carine quaſſa. i. concuſſa ꝛ fracta: hoc eſt reliquias naufragij ꝛ infortunij mei. Ille pugnat. i. cum pugna cōtendit habere tabulas. i. vltimas opes: ſicut dum nudi in tabula enatamus nihil preter tabulam habemus. Tabulas ergo mei naufragij: ideſt vltimas opes mihi relictas. Et qui debuerat extinguere flammas ſubitas: ideſt incendia ſubito orta: ideſt amouere mala mihi ſubito venientia hic exiſtens: raptor: ideſt violentus alieni boni inuaſor petit predam ab igne medio: ideſt e maximo infortunio meo emolumentum capit. Nititur enim: vt alimenta deſint ſenecte profuge: ideſt profugate heu quanto dignior ſupple ſit: ipſe noſtris malis ſup. q nos: quaſi dicat: multo dij melius ſup. mecum agant q ipſe: quorum: ſcilicet deorum: hoc eſt diuorum: ille ſcilicet notiſſimus in terris: videlicet diuus auguſtus: qui viuus pro deo habitus eſt. Unde Horatius. Preſenti tibi maturos largimur honores. Eſt mihi longe maximus: ideſt precipuus qui noluit noſtras vias eſſe inopes: ideſt noluit exulem ſpoliare etiam opibus ſuis: igitur ego agam ſemper huic: ſcilicet deo grates: ideſt gratias: debitas: ideſt quas meruit: quaſcunq licebit: ideſt licitum erit: aut dabitur mihi agere pro tam manſueto pectore quo ideſt in me vſus eſt: cum etiam bona omnia potuiſſet abſtuliſſe. Pontus: ideſt regio in qua mihi exilium eſt vbi barbari ꝛ ſeui habitant homines: audiet hec. i. has gratiarum actiones meas: ꝛ hec merita auguſti in me: ꝛ idem: ſcilicet pontus (ſm quoſdam) faciat quoq: id eſt etiam: vt potior terra teſtificanda: id eſt in teſtimonium gratitudinis citanda mihi: ideſt videns me gratum auguſto merebitur bene de me ꝛ me ſibi obnoxium faciet. Unde per contrarium ſubdit. At tibi ꝛc. Calderinus aliter intelligit: ſcilicet idem: ſcilicet auguſtus faciat quoq vt terra ſit potior teſtificanda mihi. i. vt in exilio de Ceſaris triumpho ſcribam. At tibi calcaſti ꝛc. Incipit imprecari in aduerſarium a ſimili fere dicendi figura: vt Uerg. in diris vtens. Ordo eſt. At. i. ſed o violente. i. iniuſte oppreſſor qui calcaſti. i. ſuppeditaſti me iacentem. i. proſtratum. heu dolentis eſt interiectio eius videlicet qui inuitus cogitur ad vltionem. aut exprobrantis: ſicut illud. Heu ſtirpem inuiſam. he[...] igitur ego ero hoſtis debitus. i. vti dabo quod. i. que res: licet. i. permittitur miſero: ſcilicet mihi miſeratione digno. Nam miſeros fere bonos dicimus.

Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor:
Iunctaq cum luna lumina ſolis erunt:
Parſq eadem celi zephyros immittet ꝛ euros.
Et tepidus gelido flabit ab axe notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo:
Quam vetus accenſa ſeparet ira pyra:
Et ver autumno: ꝛ brume miſcebitur eſtas:
Atq eadem regio veſper ꝛ ortus erit:
Quam mihi ſit tecū poſitis que ſumpſimus armis
Gratia commiſſis improbe rupta tuis
Quam dolor hic vnq ſpatio euaneſcere poſſit.
Leniat aut odium tempus ꝛ hora meum.
Pax erit hec nobis donec mihi vita manebit.
Cum pecore infirmo que ſolet eſſe lupis

Deſinet. negat ſe vnq fore amicum per ſimilitudinem ſumptā a rebus cōtrarijs que nunq cōuenient. Solis hic dicebatur fax celeſtis olim: ſed dictus eſt ſol a ſole puero filio Hyperionis. Lunā: itē a luna ſolis ſorore eſt autor Dio. zephirus occaſus equinoctialis. Et noua. nota fabuloſa hiſtoria ethcoclis ꝛ polinicis fratrū rogū in duas partes diuiſum eſſe: qd callimachus primus ſcripſit. inde Oui. Scindit in partes geminoq cacumine ſurgit. Sciditur in partes atra fauilla duas. Ira vetus: odiū fraternū. Uer grece dicitur eari. Unde Uer. Bruma qd breues dies habeat dicit. Feſtus. gratia concordia. Depoſitis armis: carmine maledico. Tuis cōmiſſis: tua culpa. Lupi: dicati marti in quos fabuloſa hiſtoria tradit nonnunq homines cōuerſos carmine magico eoſdē redije in priſtinā formā. Unde deductū illud conuiciū verſipellis a mutanda pelle humana: ſcꝫ in lupinam. Cepto: ceptum verſum appellat elegiacum: quaſi imperfectum. nam extremo pede fraudatur Papi. Qui nobile greſſu. Extremo fraudaris opus. Hoc pede. nam metro iambico maledica ſcribuntur ſimul permanſit in metaphora: cū dicat claudum non ſolere prodire in pugnam. Atq petit. dicit hoc opus eſſe ſimulacrū pugne: quale ſolet imperator milites: ante legitimū certamen propoſito agere: in quē iacularentur. Si velitis legis. Uelites milites erant qui haſta vtebantur inhabili ad remittendum: niſi peritis: vt ſcribit Li. eam inuenit Tyrhenus: vt ſcribit Pli. Diſſimulare: tegere. Breui: ad paucos dico. Iambus: inuentus pes

DOMI.

Sol.

Etheocles Polinices

Lupi.

Uelites.

Iambus.

ad nocendū ab iapton quod ſignificat noceo. pa pi. cum appellauit vltorem: qm̄ Archilochus eius inuentor tanta acerbitate in lycambem generum eo vſus eſt: vt ad laqueū cōpulerit. idem fecit Hyp ponenax poeta in Bubalū: et Antherenū ſculptores qui eius deformis effigiem ſculpſerant in contemptū. et Cato in Scipionem Metellum ea carminis acerbitate vſus eſt. Tincta lycābeo ſanguine: quibus qualibus telis vitā lycambes finiuit. Nunc quo inter carmina magica duo erant apud maiores: maxime et religionis: quorum altero dij tutelares vrbium euocabātur ab hoſte victore: ne deos captiuos ducere viderentur. altero deuouebantur vrbes exercitus hoim̄ capita qui ſe traderent ire numinū p ſalute aliena: quale fuit carmē duorꝫ Deciorꝫ qui ſe p patrie ſalute deuouerūt. Id ad Tyti imperatoris tpa ſeruatū fuiſſe ex hiſtoria Pli. accepimus. Poterat quiſpiā aut ſeipſum deuouere: aut alterū verborꝫ formula hoc habebat initiū: vt Sarmonicus Serenus ex Eurij monumētis recitat dijs pater iouis ne manes ſiue quo alio noīe fas eſt noīare: autor eſt Macro. nūc et ſi Oui. eadē formula non vtitur: tm̄ deuouere ſe dicit ibin quē diris deteſtet imprecationibus: in quo imitatur Callimachū. Battiades callimachus dictus eſt: nō filius batti: ſed ab eo genus ducēs. Nā et ipſe hūc inter maiores ſuos cōmemorat: quē gētis ſue autorē pfitet. Tres callimachi fuerūt: quorū hic poſtremus fuit callimachi grāmatici filius battus ex caliſto: que eadē Thera dicebat pfectus Cyrenem cōdidit: ita appellatus ꝙ lingua libica Battus regē ſignificat: vt Hero. placet. pprio noīe dicebat Ariſteus. Trogus battum ſcribit a lingue dictū infantia. Nam erat bleſus: quā ſententiā cōmemorauit Hero. ſed dānauit. Battus itē nomē eſt paſtoris apud Theocritū: et i ſatū verſus apud Oui. Ibin Apollonū rhodiū inimicū. nā cū fuiſ

Carmina magica.

Callimachi tres.

Prima quidem cepto committam prelia verſu,
Non ſoleant ꝙuis hoc pede bella geri.
Utq; petit primo plenum flauentis arene
Nondum calefacti velitis haſta ſolum:
Sic ego te ferro nondum iaculabor acuto.
Protinus inuiſum nec petet haſta caput:
Et neq; nomen in hoc nec dicam facta libello
Teq; breui qui ſis diſſimulare ſinam.
Poſtmodo ſi perges in te mihi liber iambus.
Tincta lycambeo ſanguine tela dabit
Nunc quo Battiades inimicum deuouet ibin
Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo.
Utq; ille hiſtorijs inuoluam carmina cecis.
Non ſoleam ꝙuis hoc genus ipſe ſequi
Illius ambages imitatus in ibida dicar
Oblitus moris: iudicijq; mei
Et quoniam qui ſis nondum querentibus edo:

ſet diſcipulus callimachi multaq; a preceptore acceperat p ſuis oſtētabat hiſtorijs pſitet obſcuritatē hoc opuſculo dū ſtudioſe imitatur callimachū: qui eadē opuſculo ſuo ſeruauit: vt ſuidas ſcribit. Ambages: obſcuritate.

ASCEN ☞ Deſinet eſſe prius: ſic in diris maro cōtraria nature prius fore precatur ꝙ deſit (inquit) noſtris deuotū carmen auenis. Ordo eſt. Humor. ſ. aqueus deſinet prius cōtrarius eſſe ignibus. Et lumina ſolis erūt iuncta cum luna. i. in cōiunctione videbit luna luminoſa nobis: aut erūt in eadē ſphera. Et eadē pars celi immittet zephiros et euros: zephiros qui flant ab occidēte dicūtur latine fauonij et euros qui flant ab oriēte: et notus. i. ventus meridionalis: tepidus qui trāſit torridā zonā flabit ab axe gelido. ſ. ſeptētrionali: vbi eſt altera frigidarū zonarum et perpetuū fere gelu. et noua concordia veniet fumo fraterno. i. quādo fratres. ſ. Ethiocles et Pollinices cōcremabūtur: qui cum eſſent in vita inter ſe ſeuiſſimi dū rogo imponerentur diuiſus eſt rogus: quaſi cadauera adhuc inimicitias agerent. vnde addit quā: ſcꝫ concordiā fratrum vetus ira ſeparat: pira. i. rogo funebri incenſa. i. dum incenſa eſſet: nam diſſoluerunt corpora cum flammis. Et ver miſcebitur autumno: inter que eſt eſtas et hyems: et brume miſcebitur eſtas: inter quas eſt ver et autumnus. Atq; eadem etc. patet ordo. Commiſſis: idest o improbe que nos ſumpſimus tuis commiſſis: idest propter commiſſa tua. Tempus et hora: que tamen plurimū valere ſolent ad delendum odiū. vnde in odium Junonis dicit venus in. v. eneí. Quam nec longa dies pietas neq; mitigat vlla. Cum pecore infirmo: agnino aut caprino. Prima quidem cepto verſu: idest quali incepi tecum loqui: hoc eſt elegiaco. Non ſoleant etc. quia iambico geri volunt. vnde Horatius in arte. Archilochū proprio rabies armauit iambo. Uelitis haſta: veles eſt leuis armature miles. Is autē preludens haſtam ſolo harenoſo infigit: quam poſtmodum ſucceſus in hoſtem ingerit: ſi peritus eſt. ſic et poeta dicit ſe primū non acri pede geſturum bellum. Poſtmodum ſi perges: aut ordo eſt poſt ſi modo: aut poſtmodo: vna eſt dictio p eo qd eſt poſtea aut poſtmodum. Tincta lycambeo ſanguine tela dabit: idest tam vehementer et execrabiliter in te inuehetur carmen meū iambicum: vt Archilochi in lycamben ſocerum ſuum ex ſponſione: qui eum ad laqueum compulit. Jambus autem debet proferri triſſyllabum ſicut grecum Japto: idest noceo. Nunc quo battiades etc. Ordo eſt. Ego deuoueo: idest in perniciem et mortem voueo et adduco dijs inferis: nunc te et tuos hoc modo: quo Battiades: ſcilicet Callimachus deuouet ibin: id eſt apollonium: quem ibin: idest auem alexandrinam appellauit. Non ſoleam ꝙuis etc. quia facilis et apertus in reliquis eſſe conatur. hic ex induſtria difficilis et obſcurus. In ibida: rarum eſt. Nam autore Seruio que non ſemper creſcunt: non vbiq; creſcunt: quia tm̄ in genitiuo et datiuo ſingularibus: quia ergo dicitur ibis huius ibidis: vel ibi dixiſſet ibin: ſed ab ibidos in genitiuo dicit ibida in accuſatiuo. Nondum querentibus edo. Pondus habet ꝙ ne querentibus quidem edat: idest locatur et exprimat.

Uelites.

POMJ. ☞ Tu quoq; queādmodū Apollonius rhodius. Sit atra: infelix. Hec: idest duo erant temporꝫ initia apud romanos. alterum priuatum publicum alterū in vtroq; cautū erat: ne quod mali ominis

Ibidis interea tu quoq; nomen habe.
Utq; mei verſus aliquantum noctis habebunt



Sic vite ſeries tota ſit atra tue.
Hec tibi natali facito: ianiq; calendis
Non mentituro quelibet ore legat.
Dij maris et terre: quiq; his meliora tenetis
Inter diuerſos cum ioue regna polos
als aduertite.
Huc precor huc veſtras omnes diuertite mentes
Et ſinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaq; tu tellus: ipſum cum fluctibus equor
Ipſe meas ether accipe ſumme preces.
Syderaq; et radijs circundata ſolis imago.
Lunaq; que nunquam quo prius orbe micas:
Noxq; tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum:
Queq; ratum triplici pollice nectis opus:
Quiq; per infernas horrendo murmure valles
Imperiurate laberis amnis aque:
Quaſq; ferunt torto vittatis angue capillis.
Carceris obſcuras ante ſedere fores:
Uos quoq; plebs ſuperum fauni: ſatyriq; lariſq;
Fulminaq; et nymphe: ſemideumq; genus
Deniq; ab antiquo diui vetereſq; nouiq;
In noſtrum cuncti tempus adeſte chori
Carmina dum capiti male fido dira canantur:
Et pergat partes ira dolorq; ſuas.
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris
Et pars ſit voti nulla caduca mei.
Queq; precor fiant: vt non mea dicta: ſed illa
Paſiphaes generi verba fuiſſe putet.
Quas ego tranſiero penas patiatur et illas.
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Neue minus noceant fictum execrantia nomen.
Uota minus magnos commoueantur deos:
Illum ego deuoueo: quem mens intelligit ibin
Qui ſe ſcit factis has meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me peragā rata vota ſacerdos.

verbum efferretur priuatum dies natalis: publicum none ianuarie carmine ſacerdotum Janus adorabatur. et augurum libris hanc habebāt precationem. Qui cuncta fingit eadēq; regit aque terreq; vim ianus pater: idem dicebatur geminus Juno mars duodecim habebat aras: vt Uarro ſcribit. Aditus et exitus ei erant dicati. Cōſidius. Quirinus. Cluſius. Patultius. Si quid autē: vel die natali: vel calendis ianuarijs ſiniſtro omine auditū eſſet in felicē annū protēdebat. Dij maris hinc deuouere incipit ſingulis nominibus inuocatis. Inter diuerſos polos: arcticum et antarcticum liberi erant duodecim: qui cum ioue dicebātur tenere celum. Juppiter: iuno veſta: minerua: ceres: diana: venus: mars: mercuri⁹: liber: neptunus: apollo. Ij tm̄ nectare vtebantur. Sinite: verbum ſacrorꝫ erat. Tellus numen habebat: vt etiā ſcribit Pliū. propterea inuocatur in federe apud Home. vna cum vmbris. ether dicitur: qr ſemp mouetur: vt placet Ariſtote. et ſydera: numina habere putabant ex diſciplina platonica: et ſuas habeant hoſtias. Quo prius. nam ſemper luna creſcit: aut decreſcit. Nox ſua numina habebat: vt ſumanum et vmbras. Queq; ra. vt parce Ratum: inexorabile. ratum verbū ſacrorꝫ eſt. Rata em̄ dicebant confirmata ſignificationibus auguriorū. Quiq; inuocat ſtygem paludem: cuius filia victoria cū in bello gyganteo opem tulerit ioui meruit vt matris nomen iuſiurandū eſſet deorum quod qui fallebat nouē diebus carebat nectare. Uer. Dij cuius iurare timent et fallere numē. Silius. At ſemper magnis diuis regiq; deorum. Jurari dignata palus. Styx item aqua manans ex nonacri archadie que epota mortē affert. Ea perijt alexander ꝙuis plutar. aquā nō nominet. Meminerūt Pli. et pauſanias. Imperiurate cuius iuſiurandū non fallūt dij. Uittatis: ligatis tanꝙ vittis. ſatyri: dei dicti ſunt a ſathi ſeu ſathe quod eſt veretrū idest mentula. nā ſunt ſalaciſſimi: vt macrobio placet Genus ſemideuꝫ: dij indigetes. nam dij indigetes nati erant ex mortali et deo. Noui nuper relati in numerū deorū. vt ceſar et alij peragunt ſuas partes: vlciſcuntur ſe. ex ordine: inuocatus p ratione veſtrorꝫ numinū. Paſiphaes gnī. Theſeus gener paſiphaes fuit: qm̄ phedrā rapuit filiā eius et minois. ꝙuis Dio. hos tm̄ quatuor filios nominet Deucalionē. Cratheū. Androgeon. Ariadnē. fabuloſa eſt hiſtoria: neq; ſatis inter auctores conſtat. Nam peon: vt plutar. auctor eſt ſcribit ariadnam raptā fuiſſe: et in cypro relictā a theſeo: vbi partu mortua ſit. Home. in carmine magico eandē in partu mortuā ſcribit in dia inſula: q̄ poſtea dicta eſt naxus. Diodo. hanc eodē loco relictā fuiſſe raptam a Baccho et perductam in montē qui Driopis dicitur phedram. alij ſcribunt hyppolitū priuignū adamaſſe: cuius qr pudicitiam vincere nō potuit indignata inſimulauit falſo crimine que de ſtupro ab eo eſſet interpellata: ob quā cauſam pater theſeus a neptuno petijt vt filiū interimeret: quod actum eſt immiſſis phocis et exterritis equis qui iuuenē diſcerperunt. Gener paſiphaes hoc eſt theſeus qui imprecatus eſt ad filium Neue minus noceāt: in carmine quo aliqs deuouebat neceſſe erat pprīū nomen exprimere alioqui p̄ces erāt inanes. hac de cauſa romani nomen vrbis latinū extare noluerunt: ne ab hoſte deuoueri poſſet. Ualerius Soranus id aliquando enuntiauit ſed in crucē ſublatus fuit penas hac de cauſa colebatur dea Angerona obligato ore imperans ſilentium de nomine vrbis hinc ſacrificia fiebant

Janus.

Dij electi celeſtes.

Styx.

Dia. Naxus. Driops.

Nomen vrbis Soranus angerona

Quiſquis ades ſacris ore fauete meis:
Quiſquis ades ſacris lugubria dicite verba:
Et fletu madidis ibin adite genis.
Omnibuſq; malis pedibuſq; occurrite leuis:
Et nigre veſtes corpora veſtra tegant.
Tu quoq; quid dubitas ferales ſumere vittas.
Iam ſtat vt ipſe vides funeris ara tui.
Pompa parata tibi eſt votis mora triſtibus abſit:
Da iugulum cultris hoſtia dira meis:
Terra tibi fruges amnis tibi deneget vndas.
Deneget adflatus ventus ⁊ aura ſuos.
Nec tibi ſol clarus: nec ſit tibi lucida phebe.
Deſtituant oculos ſydera clara tuos.
Nec ſe vulcanus: nec ſe tibi prebeat aer:
Nec tibi det tellus: nec tibi pontus iter.
Exul: inops erres: alienaq; limina luſtres:
Exiguumq; petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo: nec mens vacet egra dolore
Noxq; die grauior ſit tibi nocte dies.

Dñ magni. Penates. Deuouere. Fauete. ore. Omina.

ad. xj. kalen. ianuarias: auctor eſt Plinius macrobius ſolinus. Execrantia: deuouētia. Fictum nomen: ibidē. Magni dij ſunt Iuppiter. Minerua: qui ſub codē tecto in capitolio colebant. idem penates dicebantur: ꝗuis Dionyſius Alicarnaſeus ⁊ probus aliter ſcribāt Deuouere. diris imprecationibus malū alicui optare. Peragam: abſoluā Fauete ore. i. ſilete. Nam imprecabant ſilentiū cū res diuina inchoabat. Macro. Verba lugubria dicunt in dānatū ⁊ defunctū. Omnia dicunt calamitatem portendentia. Leuis pedibus: ſiniſtris. Et nigre veſtes. Nā ſacra infernalia pagebāt induris ſacerdotibus veſte nigra: ꝗ vmbrarū ſimilitudinem repreſentabant. Sumere vittas hoſtie are deſtinate obligabant: qḋ ex ſermone Vergiliano percipi poteſt. Feralia dicunt lugubria a fera

Fera.

que olim mortē ſignificabat. Ara: aram ſuum carmen appellat. Pōpa ſacrorū. apparatus ſacrorū Triſtibus votis: malis imprecationib⁹. Hoſtie dire dicebantur feris deſtinate. Cultris fictilibus vtebant in ſacris. Terra tibi: hic carmen imprecatorium ſumit initiū. Fruges oīa dicebant (vt Varro ſcribit) que ferebantur in fundo: vt his fruremur. Aura: mitior ſpiritus. aura itē fauor popularis. Vulcanus a volando dicit: vt Ciceroni placet. Inops: indigens ope omnium rerum. Luſtrare: circūire: itē purgare.

☞ Tu quoq;. i. etiam tu ſicut Apollinius habet apud callimachū. ¶ Aliquantū noctis. i. obſcuritatis. Atri aut ignobilis: aut potius ī fauſta atro lapillo: notanda more tracum: aut cretenſiū: hec ſcz imprecatoria legat tibi eo die; quo tibi bona cōprecari debeāt. Ether ſumme: ſcz inter elementa aut celo poſuit: nec legendū eſt ſume: ſed ſumme in vocatiuo: a ntō ſummus. Videt autem de igne potius loqui: q: addit ſyderaq; ⁊c. Queq;. i. ⁊ tu parca que neſcis. Opus ra. i. ſtabile ⁊ fatale: tripli ci pollice: q: tres ſunt. vnde verſiculus plebeius eſt Cloto colū portat lacheſis trahit: atropos occat Amnis aque imperiurate. i. ſtygie paludis. Nam ſtyx. triſtitiā ſignificat: ꝗ dijs cōtraria eſt ſunt enī ſemp leti. Quaſq;. i. ⁊ vos o dire ſue furie infernales: quas ferunt. i. dicūt ſedere ante obſcuras fores carceris. ſ. infernalis. crebi: ſcz aut tartari. vnde enei. vj. Tiſiphoneq; ſedēs palla ſuccincta cruenta. Veſtibulū in ſomnis ſeruat noctesq; dieſq;. ⁊ paulo poſt Cernis cuſtodia qualis veſtibulo ſedeat habēt autē furie p capillis angues: ſed illa paſiphaes generi ⁊ thaſei qui imprecari filiū coegit mori. Quaſq; ego trāſfero. i. quas dixero. ⁊ quas nō dixero: hoc eſt oēs. Plenus ingenio. i. ꝗ excogitare. aut eloqui queaz: ſit inter diſſortunatos. Qui ſe ſcit factis has: ſcz penas meruiſſe ⁊c. Nulla mora eſt in me Cōtinuo imprecat in aduerſariū: hiſtorie autē a domitio explicant ⁊ cōtextus facilis eſt: quo circa breuis ero. Tu quoq; o ibis: quid dubitas. q. d. non decet dubitare cum de te deuoto ſacrificium fiat: nec de alio: quid dubitas inquit ſumere vittas ferales. ideſt ſerta feralia. i. mortem pretendētia: ſed cum fera primam corripiat: feralis primā produxit. vt hic ⁊ enei. iiij. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Viſa queri. Vittas ad caput hoſtie queuiſq; eſſet: ſiue homo: ſiue pecus circūligari: docet ſinon Vergilianus enei. ij. dicens. Mihi ſacra parari. Et ſalſe fruges circum tēpora vitte. Pompa parata tibi: nō ad letitiā: aut vtilitatē tuā: ſed eorꝝ qui videbunt. Da iugulū cultris: loquit de more ſacrificantiū. nā in ſacrificijs omnia debebāt eſſe libera ⁊ voluntaria: vſq; adeo vt ne hoſtia quidē ligari poſſet: que volens mori ſignificetur ſupponebant cultros in quos ipſa ibat ſue mortis auctor: bene ergo dicit da iugulū cultris. Nā iugulus pars colli eſt qua ſāguinē inciſa reddit. Dira. i. execrabilis ⁊ quaſi deorū ira nata. Terra deprecatur ipſi omniū elementorꝝ ⁊ queciiq; vſui eſſe poſſent vſum: hoc precatur ne habeat: nec ſe. Vulcanus. i. ignis. cui vulcan⁹ preeſt. Nā deorū dearūq; nomina vſurpamus per metonymiam pro rebus quibus preſunt. Pōtus. i. quodlibet mare. i. quelibet aqua ſpecies pro genere. Noxq; die ⁊c. i. ſemper nox ſequens ſit grauior die precedēte. ⁊ dies ſequens nocte precedēte: nam aliter fieri nō pōt: vt vtrumq; alterum ſuperet vult ergo vt indies creſcat malum eius.

Fruges. Aura. Vulcanus. Inops. Luſtrare. ASCEN

Sitq; miſer ſemper: nec ſis miſerabilis vlli.
Gaudeat aduerſis femina virq; tuis.
Accedat lacrimis odium dignuſq; puteris.
Que mala cum tuleris plurima: plura feras

DOMI: Miſerabilis. Inuidioſa. Erumne.

☞ Miſerabiles dicuntur: qui miſericordiā commouent. Tuis aduerſis: tua calamitate. Inuidioſa tue. inuidioſe diuitie dicuntur maxime quibus iure inuidere poſſis. Inuidioſi item abſolute accipitur pro maximo. Hic inuidioſa. i. que habebatur odio. Erumne dicuntur grauiores labores vt Herculis ab erem: quod ſignificat tollere. Defecta: deſtituta. vnde etiam dicimus effectos fetu deſtitutos. Solito fauore: qui ſolet ſua miniſtrari



Sitq; quod eſt rarum: ſolito defecta fauore
Fortune facies inuidioſa tue:
Cauſaq; non deſit: deſit tibi copia mortis:
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatuſq; diu cruciatos ſpiritus artus
Deſerat ⁊ longa torqueat ante mora.
Eueniet. dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phebus: ⁊ a leua meſta volauit auis.
Certe ego que voueo ſuperos motura putabo.
Speq; tue mortis perfide ſemper alar.
Finiet illa dies que te mihi ſubtrahet olim.
Finiet illa dies que mihi ſera venit.
Sed prius hanc animam nimiū tibi ſepe petitam
Auferat illa dies: que mihi ſera venit:
Quam dolor hic vnq; ſpacio euaneſcere poſſit:
Leniat aut odium tempus ⁊ hora meum
Pugnabunt iaculis dum thraces: Iapides arcu.
Dum tepidus ganges: frigidus iſter erit
Robora dum montes: dū pabula mollia campi:
Dum tybris liquidas tuſcus habebit aquas
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras
Seua ſed immanis manibus arma dabo.
Tum quoq; cū fuero vacuas dilapſus in auras
Exanimis manes oderit vmbra tuos.
Tum quoq; factorꝝ veniam memor vmbra tuorꝝ
Inſequar ⁊ vultus oſſea forma tuos:
Siue ego quod nollē lōgis cōſumptus ab annis
Siue manu facta morte ſolutus ero:
Siue per immenſas iactabor naufragus vndas:
Noſtraq; longinquus viſcera piſcis edet:
Siue peregrine carpent mea membra volucres
Siue meo tingent ſanguine roſtra lupi:
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terre:
Et dare plebeio corpus inane rogo:

laborantibus. Coacta: a fatis. Luctatus: diu agitatus. Euenient: omni in re agenda obſeruabant maiores ſigna que a numinibus darentur: vt aut his cōfirmati rem inchoatā perficerēt: aut deterriti deſiſterent. Inchoato igitur deuotionis carmine fingit poeta deos ſigna dediſſe: quibus portendebat eius imprecationē fore ratā. Cornix enī auis phebo dicata a leua pte volauit: qḋ auguriū accepit his verbis. Futuri: imprecationis futurū. Meſta auis: cornix mali ominis. A leua auguria. a leua parte celi veniētia rata erant. ⁊ fulmina leua boni ominis habebātur: vt Pli. ſcribit. Mali aues ominis erāt bubo incēdiaria noctua cornix: alie preterea. Motura: exhortatura. Perfide: perfidū appellat qui rupit gratiā ⁊ fidē amicitie que erat cum poeta. Mihi: votis meis. Tempus ⁊ hora: que ſolēt lenire magnitudinē doloris. Pugnabunt: arcū ⁊ ſagittas inuenit primus Scythus filius iouis a cuius noīe ſcythia dicta eſt. Schyti autem olim thraces habētur vtētes oēs eadē lingua vt ſcribit Hero. preter getas ⁊ trauſos. tota autē Thracia vt ſcri. Pli. in ſtrageas quinquaginta diuidebatur pugnaces erant arcu: quem apud ſe inuētū ſupra ceteros mortales exercuerūt. Iapides ad mille ſtadia regionem obtinebāt vna ex parte pannoniis et iſtris terminati parte altera mare adriatico pugnaciſſimi fuerūt haſta in ditionem redacti ab augu. vt Stra. ⁊ Appianus ſcribūt. Iapygia pro apulia eſt. Ganges: vt alij ſcribūt incertos habet fontes: vt alij in ſcythicis mōtibus oritur: nuſq; minor. xx. paſſuū altitudine: latitudine octo miliū: vbi parū: vbi modicū ſtadiorꝝ centum tepidus eſt cū orientis ſit. Iſter in iugis germanie montis ſarnobe oritur per innumeras gentes dicitur Danubibus. vbi Illyricū attigit iſter. lx. amnibus acceptis in mare voluit. Binomine appellauit Silius: cū dānubius ⁊ iſter dicatur. Frigidū ex regione ipſa. nā ad ſeptētriones labitur Tyberis qui per etruriā labitur. Flauus: flauū etiā appellauit Hora. olim appellatus albula. Tybris et tyberis ſcribit Pli. Immanis: immanſuctus. vel in manes: ſcz tuos. Mores tuos: vitā tuā. Forma oſſea: in mortuis dicebatur: ꝙ deſertū olim cadauer intuētes nihil preter oſſa reperirent. In magicis autem incātationibus laneis ⁊ cereis formis vtebantur. Morte ſolutus: diffinitionē platonis exprimit: qui ſcribit mortē eſſe ſolutionē aīe a corpore. Iactari ppriū in mari eſt. Volucres peregrine: vultures habebantur aues peregrine quaſi ex alieno orbe veniētes: errore hoīm: qui cū vultures nidificarēt in rupibus inuijs: vnde fetus euolabāt aliunde venire arbitrabātur peregrine. Itē aues maxime ditebantur vbi ſtrages cadauerum eſſet. vnde bellis ciuilibus venerūt aues nunq; antea viſe ſpecie paulo infra colūbas quas appellabāt betr entes: vt alij codices pliniani habent Bebriacēſes: inſolitam auē Tacitus viſam fuiſſe ſcribit ad regiū lepidum in bello Othonis ⁊ Vitelli Lupi qui ſolent cadauera ſectari. Erūpere: egredi cū impetu. Tendam: immittam.

Signa deorꝝ. Cornix. Auguria leua. Aues mali ominis. Arcus. Sagitte. Scythus. Thracia. Iapygia. Ganges. Iſter. Danubius. Tyberis. Mors. Vultures aues peregrine.

☞ Nec ſis miſerabilis. i. talis cuius queuis miſereſcat: aut ne videaris dignus miſeratione. Sic enei. ij. Troianas vt opes ⁊ lamētabile regnū. Accedat lacrimis odi. dira imprecatio cū lacrime cōmiſerationē miſereri ſoleāt. Sitq;. Ordo eſt. Et facies fortune tue defeta. i. euacuata: ſicut mulier enuata: nullū fetū habēs in vtero: fauore ſolito ſit inuidioſa. i. cui pleniſſime inuideatur: aut plena inuidie paſſiue: quod eſt rarū. i. que res raro contingit: q: ſumma petit liuor. Liuor enī. i. inuidia

ASCEN

Quidquid ego ſtigijs erumpere nitar ab vndis,
Et tendam gelidas vltor in ora manus.
Me vigilans cernes tacitus ego cõditus vmbris:
Excutiam ſomnos viſus adeſſe tuos:
Deniqꝫ quidquid ages ante os oculoſqꝫ volabo,
Et querar: ⁊ nulla parte quietus eris

non ſolet eſſe niſi de rebus proſperis. ⁊ ergo dicit Martialis. Oībus inuideas liuide: nemo tibi: q; ſic omnes eſſent beati preter ipſum ſolum. Cauſaqꝫ non deſit: id eſt tormentum tam graue vt mori poſſis: neqꝫ tamẽ mori permittaris: quod damnatorum in inferno malũ eſt: qui ſemper mori cupiunt ⁊ moriunt: neqꝫ vnqꝫ mortui ſunt. Auis meſta: id eſt meſticie index: ſcilicet cornix que a leua. i. ſiniſtra ratum facit augurium: vt graues atteſtantur auctores. Speqꝫ tue mortis peſſime: non dices ſpes mortis tue peſſime: non enim eſt genitiui caſus: ſed vocatiui ſic. O peſſime ego alar ſemper ſpe tue mortis. Finiet illa dies: ſcilicet ſpem: quia ſpes euacuatur dum euenit qđ ſperabatur. Petitam tibi: id eſt a te. Tempus ⁊ hora. ſic. v. enei. Quam nec longa dies pietas: neqꝫ mitigat vlla. Omnia eſſe in tempore labare ſolent. Pugnabant iaculis. Dicit ⁊ mores hominũ ⁊ rerum naturam prius immutari poſſe ꝙ pectoris ſui odium aboleri. Dum: id eſt donec aut ꝗ diu: apiges: id eſt apuli populi italie arcu valentes. Ganges tepidus: quia inter torridam ⁊ frigidam zonam. iſter frigidus: quia ad glacialem oceanum vergit. Robora: id eſt quercus illas aut quaſuis robuſtas arbores. Tyberis tuſcus: quia per tuſciam ſeu etruriam fluit. Sed in manis puto eſſe duas dictiones: vt ſit. Ego dabo manibus: ſcilicet meis: id eſt ſpiritus a corpore ſeparatas. eſt enim a nominatiuo manes non a manus: quia primam producit: in. i. contra manis: ſcilicet tuos: quia dicimus in accuſatiuo manis ⁊ manes: ſeua arma quibus ſcilicet manes tuos perſequantur. Oſſea forma. Iuuenalis dicit ſatyra. iiij. Aut nigri manus oſſea mauri. Et cui per mediam nolis occurrere noctem. Cliuoſe veheris dum per monumenta latine. Mortui enim oſſa abſumpta: ſcilicet carne occurrere putantur. Dicit autem Vergiliana Dido idẽ ſic. Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe penas. Siue ego (quod nollem) quaſi vindicte appetens: aut ſenectutis incõmoda abhorrens. Piſcis longinquus. i. longinquo mari degens: edentula eſt deuorabit noſtra viſcera: poſtꝙ ſcilicet ſubmerſus ſit.

Verbera ſeua dabunt ſonitum: nexeqꝫ colubris.
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His viuus furijs agitabere. mortuus iiſdem.
Et breuior pena vita futura tua eſt:
Nec tibi contingent funus: lacrimeqꝫ tuorum
Indeploratum proijciere caput.
Carnificiſqꝫ manu populo plaudente traheris:
Infixuſqꝫ tuis oſſibus vncus erit.
Ipſe te fugient: que carpunt omnia flamme.
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus ⁊ roſtro tardas trahet ilia vultur.
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deqꝫ tuo fiet: licet hac ſis laude ſuperbus
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab eliſijs diuerſa fugabere campis:
Quaſqꝫ tenet ſedes noxia turba colles.
Siſyphus eſt illic ſaxum voluenſqꝫ: parenſqꝫ
Quiqꝫ agitur rapide vinctus ab orbe rote.
Queqꝫ gerũt humeris perituras belides vndas.
Exulis egypti turba cruenta nurus.

DOMI. Faces nexe colubris. i. faces furiales. Cõſcia: ſcelerum tuoꝝ eſt futura breuior ſupplicijs. Ex diſciplina egyptia: quam Orpheus carmine complexus eſt dedicit antiquitas funus celebrare tanta religione vt quoties eſſet omiſſum mortui vmbra errare putaretur. Nauis erat que cadauera trãs paludẽ in egyptũ portabat ad quadraginta iudices. (Charon.) Charonte: qui lingua egyptia ſignificat magiſtrũ nauis: cymbam regentẽ. Id non fiebat niſi prius celebrato funere. Idẽ contingere putabant vmbris apud inferos Diodo. ſcribit. (Funus.) Funus exequias ſignificat a funalibus. Itẽ grece dicitur phaos qđ mortem ſignificat. Lacrime tuorum: et hoc ex religione erat ꝙ ab affinibus cadauer deplorat. (Deploratum.) Deplorata cadauera dicebantur quibus luctus vltimus perſolutus erat. Unde rempublicã deploratã diximus iam verſam. ab hoc tractũ (Conclamatum.) conclamatum eſt quando affines eiulantes conclamãt: diciturqꝫ in omni re iam deperdita: quia poſt lacrimas affinium mortuum plane cadauer erat. Carnifices publico ſumptu conducebantur: inter quos Cadmus celeberrimus fuit. (Vncus.) Oſſibus vncus erit: damnati vnco trahebantur ad ſcalas gemonias: aut in harenam vbi ardebãt. Hoc Iuuena. Et latum media ſulcũ deducit harena: media harena dicit ſulcum dum trahitur vnco damnatus. Plura in commentarijs Iuuenalis diximus. Vultures ad cadauera volare biduo aut triduo anteꝙ expoſita ſunt auctor eſt (Vmbrinus.) Vmbritius aruſpex eruditiſſimus: temporibus Veſpaſiani ⁊ nobilis carmine Iuuenalis. Tardus producẽs morſum. Canes: hoc in Italia et alijs locis damnatum erat: in hircania celebre ⁊ ſolẽne. Nam plebs (vt ſcribit Cicero) publicos alebant canes optimates domeſticos a quibus mortui laniabãtur. Silius. Regia cum dulcem poſuerunt membra probatũ eſt Hircanis adhibere canes. Licet: permittentis. (Eliſij campi.) Eliſij campi: ſiue ſint in corpore lune: ſiue inſulis fortunatis: pijs tantum: ⁊ aut qui recte vixerant dabantur: vt Tartarus ſceleratis hominibus vbi iudice Rhadamanto furie vltrices ſcelera puniebãt. (Siſyphus) Siſyphus filius Eoli cum Iſthmũ infeſtaret ad inferos detruſus eſt ſaxum ſub-



Poma pater pelopis preſentia querit: ⁊ idem
Semper eget liquidis ſemper abundat aquis
Iugeribuſqꝫ nouem ſummis qui diſtat ab imo
Viſceraqꝫ aſſidue debita prebet auie
Hic tibi de furijs ſcindet latꝰ vna flagello:
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis ſectos dabit vnguibus artus.
alꝰ igne
Tertia fumantes incoquet ore genas:
Noxia mille modis lacerabitur vmbra tuaſqꝫ
Aeacus in penas ingenioſus erit.

ducens in montem quod ſemper deuoluitur. Lucretꝰ negãs inferos eẽ ſcri. ſiſyphũ eſſe apud nos cum ſcilicet qui honores icpe petit ꝗuis ferat repulſam. Lucretꝰ. Siſyphus in vita ꝙ nobis añ oculos eſt. Qui petere a populo faces ſeuaſqꝫ ſecures imbibit: et ſemper victuſqꝫ triſtiſqꝫ recedit Hunc ſe vidiſſe vlyſſes teſtatur apud Homerum. Unde fabulam noſtri poete celebrarunt. Quiſqꝫ. (Ixion.) Ixion filius antinois: ⁊ Aſclanthus: nonnulli ex noſtris ſcribunt patrẽ phlegiã cũ iunonem ad ſtuprum prouocaſſet: vt ſcrib. Home. latonaꝫ ad inferos truſus circũagitur radijs rote frangentibus membra. Exulis. Egyptꝰ Theſtis filius fuit. Egyptus autem: vt Euſtathius ⁊ Euripides ſcribunt (Egyptus) frater danai filius Beli egypto prouincie nomen dedit cum filijs quinquaginta nuptias celebrauit cum totidem filiabus danai fratris: que maritos (Belides.) iuſſu paterno ſingule necarunt preter Hypermeſtram que linum: vt euſebius ſcribit, (Tantalus) ſeruauit: he dicuntur haurire aquam vaſe pertuſo ex puteis hec fabula compoſita eſt ex hiſtoria. Nam danaus argos irriguũ aquis reddidit: quibus carebat. multis effoſſis puteis inter quos quatuor erant ſacri: qꝫ verius grecꝰ indicat argos aquis vacuũ danae ſtruxere redũdans Lucretiꝰ hac fabula captos amore repreſẽtari putat. qui leuiſſima in re diu laborant. Lucretius. Hoc ⁊ opinor ⁊ idem euo florẽte puellas. Qđ memorant laticem pertuſuꝫ cogere in vas. Belides. nepotes beli profugi. Nam exulauit expulſus a Danao fratre. Poma pater tãtalus Paphlagoniã tenuit imperio ditiſſimꝰ. fertilitate regionis ⁊ hoc multa metalla. que illic erãt. vt ſcrib. Stra. in pugna fuit aduerſus Troem. quũ Ganimedẽ rapuerat. vt euſebius ſcri. dignatꝰ deoꝝ menſa. Iouis myſtica protulit mortalibꝰ: Unde apud inferos eſſe meruit ſitiens in aquis ori a labentibus. vt ſcri. Homerus. ꝙ nõnulli dixerũt hoc ſupplicium datũ quũ pelopem filiũ dijs hoſpitibꝰ epulandũ appoſuiſſet: falſum eſt. Pendẽt preterea poma que quoties vult captare vẽto diſſipant: vt ſcribit homerꝰ. aſt ea ſublimẽ ventꝰ cõtorquet in auras Iugeribꝰ. (Tytius.) Titius iouis ⁊ helare habitꝰ ẽ terre filius quũ a matre educatꝰ eſt ſub ſpecu metu iunonis. Specu illud demonſtrat: vt ſcri. Stra. in boetia. quũ latonã violauerat in nouẽ iugera diſtentꝰ paſcit Vultures. Vlyſſes apud homerũ. ⁊ titiuꝫ vidi terre oĩparẽtis alũnũ: tñ addit iacentẽ in ſolo ⁊ portentũ ad nouẽ iugera: abundat q; ſunt pñtes. Summus qui diſtat ab imo cuius caput a pedibus diſtat nouem iugeribus. aui: vulturi. Home. ſcribit vultures duos fuiſſe. Vna de furijs ſcindet latus. Theſiphone.

ASCEN. Et breuior vita. Ordo eſt: ⁊ vita tua futura eſt breuior pena tua: q; pena durabit etiã in morte ⁊ poſt mortẽ. Inde ploratum. i. nõ deploratum. Carnificiſqꝫ manu populo plaudente: traheris ſcꝫ ad ſupplicium aut potius ad buſtum: q; ſequit ipſe te fugiente ⁊c. hoc modo ad ſupplicium nõnulli criſtiani ſub domitiano poſtea tracti leguntur infixi vnco gutturi. Ipſe te fugient. precatur: vt tractus indigniſſime ad vſtrinam ⁊ impoſitus rogo flamme eius cadauer nõ abſumant: ſed iacet preda vulturibus ⁊ canibus licet ac ſis. laude ſuperbꝰ. i. ꝗuis glorieris ꝙ ſis cauſa rixe inter inter cõiuges ⁊ amicos vteris inter lupos videt cũ tibi glorioſum induxiſſe diſcordiam ⁊ ita malũ dicere ꝙ licet. i. licitũ eſt vt ſit pmittentis. Siſyphus eſt illic. hec omnia Macrobius in de ſomno Scipionis late exequitur: ⁊ habentur etiã. vj. enei. Quiqꝫ. i. ⁊ qui ſcꝫ Ixion. Belides: beli nepos. Nurus egypti q; filijs eius nupſerant: ſed interfecerunt. Pater pelopis. i. tãtalus: qͥ ſm Home. ad naſuꝫ vſqꝫ habet dependentia fragrantiſſima poma: labiaVſqꝫ aſcendẽtia dulciſſima flumina: qͥ dum captant effugiunt. vñ de fluminibus dicit horatius ſermone. j. Tantalus a labris ſitiẽs fugientia captat. Flumina qđ rides ⁊c. Iugeribus nouẽ ſ. tytius de quo. vj. enei. Necnon ⁊ tytion terre oĩparentis alũnuꝫ Cernere erat per tota nouem cui iugera corpus porrigitur. Ordo autem textus eſt: ꝙ pro et ⁊ is ſupple: qui ſummꝰ. i. ſuprema parte ſui: hoc eſt vertice. diſtat ab imo. i. ab ima parte ſui: ſcꝫ a planta pedis nouem iugeribus ⁊ prebet aui id eſt vulturi aſſiduo. i. ſine intermiſſione rodenti (ſequit Maronem dicentẽ in. vj. Roſtroqꝫ immanis vultur adũco. Immortale iecur tondens fecũdaqꝫ penis Viſcera rimaturqꝫ epulis habitatqꝫ ſub alto Pectore: nec fibris requies datꝫ vlla renatis. dico maronẽ imitari. nã homerus duos vultures ſibi inuicẽ ſuccedentes dicit) viſcera debita. ſ. talibꝰ cruciatibꝰ eſt ſup. (Iudices inferni.) illic. Vna de furijs tres enim ſunt Theſiphone alecto ⁊ megera: loquitur de tyſyphone. de qua ene. vj. cõtinuo ſontes vltrix accincta flagello Tyſiphone quatit inſultans: altera. ſ. alecto: tertia. ſ. megera. eacus tres quoqꝫ dicunt apud inferos iudices qui ſeueriſſimi in creta iudices fuiſſe legũtur. Radamãthus: minos: ⁊ eacus. Radamãthus aũt eẽ inquiſitor. Unde eneid. vj. Gnoſius hec Radamãthus habet duriſſima regna. Caſtigatqꝫ auditqꝫ dolos ſubigitqꝫ fateri. Que quis apud ſuperos furto letatus inani Diſtulit in ſerã commiſſa piacula mortem Minos iudex. Vnde Horatius. ⁊ de te ſplendida minos fecerit arbitria. ⁊ in eodem. vj. Queſitor minos vrnam mouet. eacus ꝓ executor Unde Iuuenalis in prima Quas torqueat vmbras eacus: ⁊ hoc loco verum eſt officia confunduntur: ita vt ſingulis omnia conueniens.

In te tranſcribet veterum tormenta virorum.
Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Syſiphe cui tradas reuolubile pondus habebis.
Verſabunt celeres nunc noua membra rote

DOMI. In te trãſcribet. Trãſcribere transferre eſt tractũ a colonia: quũ qui mittebantur dabãt noĩa et (Trãſcribo) trãſcribi dicebant ꝓdus: ſaxũ. Capret ⁊ vndas qui frequẽter ſtudeat capere. Nec mortis inchoatis imprecationibus vrit. Nã cũ ſupra dixerit eẽ (Ida.) periturum nec addiderit penaꝫ. nunc ait. Penas quas dabis poſt mortẽ. Inde ex numero duorum malorum. Et ſi quis carpat frondes in ida. Ida filia. Dardani fuit regis. Satharium. Ida ma-

Hic erit et ramos fruſtra qui captet et vndas.

Hic inconſumto viſcere paſcet aues.

Nec mortis penas mors altera finiet huius

Horaq; erit tantis vltima nulla malis.

Inde ego pauca canam frondes vt ſi quis abida

Et ſummam lybico de mare carpat aquam.

Nam neq; quot flores ſicula naſcuntur in hybla:

Quotue fera dicam terra ciliſſa crocos.

Nec cum triſtis hyems aquilonis inhorruit alis,

Quam multa fiat grandine canus athos.

Nec male voce mea poterunt tua cuncta referri.

Ora licet tribuas multiplicata mihi.

als ruine

Tot tibi ve miſero venient taleſq; mineq;

Vt cogi in lacrimis me quoq; poſſe putem:

Ille me lacrime facient ſine fine beatum

Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit

Natus es infelix ita dij voluere nec vlla

Commoda naſcenti ſtella leniſue fuit.

Non venus affulſit non illa iuppiter hora

Lunaq; non apto ſolq; fuere loco.

Nec ſatis vtiliter poſitos tibi prebuit ignes

Quem peperit magno lucida maia ioue.

Te fera nec quicq; placidum ſpondentia martis

Sydera preſſerunt falciferiq; ſenis.

Lux quoq; natalis ne quid niſi triſte videres:

Turpis et inductis nubibus atra fuit.

Hec eſt in faſtis cui dat grauis allia nomen.

Queq; dies ibin publica damna tulit.

Qui ſimul impure matris prolapſus ab aluo eſt.

ter mennonis: quis fabule auroram tradiderint ida ſylua in creta a qua ſyluā phrygiam idā dixerant Teucri e creta profecti: vt Callimachus elegiarum poeta primus eduneit. in hac proceritas arborum et copia in adminiſtratione eſt. pinus preſert q; nullam ſentiāt cariē. vt ſcri. Theophraſtus De mare lybico: mare libicū. i. aphricanum dictū eſt et notum: eū. ſyrtes protenditur in egyptum vſq; pelagus profundum Eratoſtenis ſententia mille et quingentis ſtadijs De mare lybico: alibi numerū malorum comparat aquis Icarij maris. Tot precor aduerſis q; ſi cōprendere coner: Icarie numerū dicere coner aque. Hybla: ab hyblone rege dicta eſt vt placet Thucydidi: qui cum eā prodidiſſet megarēſibus: effecit vt ab his iterū cōderetur appellareturq; Megara. Strabo a dorienſibus cōditam ſcri. tū priſtinum nomen manſit propter mellis hyblei preſtantiam. Eſt eīm eiuſdem nominis mons proximus thymo abundans: vnde apes paſte mel optimum cōficiunt. Crocus puer ſmilacem amauit ipſe conuerſus in florem ſui nominis: puella in hederā: quam ſmilacem dicunt. Hic flos vna cū loto et hyacintho ab homero celebrat propter odoris preſtantiaz: naſcitur magna vbertate et preſtantia in cilicia in monte Corycio: vt ſcri. Pli. Stra. teſtatur ad antrum eius nominis Athos mons altiſſimus dictus aliquādo ab Homero Thracius: cū et thracie et macedonie ſit abſciſus a continenti a Xerſe perſarum rege interuallo paſſuū mille et quingentorum. Oppidū in cacumine habuit acron: athos dr et non athon: qd nōnulli falſo ſuſpicati ſunt: naz athos os ſyllabā producit breuis ſit apud grecos: vt Ver. verſus hīc ſeruari poſſit. Ferat producat. Ora multiplicata: hyperbole eſt Homeri cacū eſſet deſcripturus numerū nauiū eā imitatus eſt Hoſticus in ſecundo belli iſtri. Nō mihi ſi lingue ſint centum atq; ora ſint totidem. et deīn Verg. Nō mihi ſi lingue cētum. Tales tā graues. Hic fletus quē fundā in calamitatib⁹ tuis. Natus es: poſt egyptiam perſuaſionē vbiq; receptum eſt aſtrorum motus infelicitatē vel felicitatem naſcenti portendere. Iuue. Diſcat eīm que ſydera te Excipiant modo primos incipientem edere vagitus Petoſiris. cuius meminit Iuuenalis et Plinius in ſecundo et ſeptimo: in eo plurimus elaborauit. Fuit nonnunq; in contemptu: et habiti pernicioſi qui hanc ſcientiam profitebantur: expellebanturq; ſepenumero ex vrbe Mathematici. Idem enim verbum ſignificat apud Tranquillū eos qui ex aſtrorum motu futura predicebant ex hac diſciplina predicat poeta infelicitatem ibidi. Venus planeta eſt infra ſolem: cuius curſum et naturam Pythagoras Samius primus cognouit eam ſtellam alij iunonis putarunt: alij iſidis: alij matris deum cuius natura cuncta generātur: et animalium ſtimulantur conceptus. felicitatem et gratiam apud mortales protēdens ſi naſcenti adfulſerit Iuppiter ardore nimio Martis ſtelle et rigore Saturni inter que duo ſydera eſt interiectus temperatur. Mercurij ſtella ab alijs dicta eſt apollinis felicitatem vel malum protendit ſi aut bono aut malo ſyderi fuerit coniuncta. Mars vulnera furorem et perpetuā fert inſanias. Stella a ſtando dicitur Lenis benigna Non apto loco: nam pro varietate regionum celeſtium planete mutant naturam. Senis falciferi: id eſt Saturni: cuius ſydus malū eſt. Atra alludit ad dies atros qui infauſti ſunt Hec eſt dies. erant atri omnes poſt idus et nonas: qui poſtridiani dicebantur: quod ſenatus decreuerat hac de cauſa. L. enim Aquinius aruſpex docuit ſenatum Quin. Sulpitium aduerſus Gallos pugnaturum ad alliam flumen rem diuinam feciſſe: quo tempore ad extremum fortune diſcrimen res Romana concidit poſtridie idus quintiles: vnde ſuſceptum vt poſtriduani dies atri haberentur. Plutarchus ſcribit poſtriduanos eſſe atros: quoniā inferis ſunt di

Pyn⁹ ipe.
Mare lybicum.
Hybla.
Crocus
Coricium trocum.
Athos.
Aſtrologia.
Petoſiris
Mathematici.
Venus.
Iuppiter.
Mercuri⁹
Mars.
Stella.
Dies atri
Dies poſtriduani.



catiq; dies precedēs calen. nonas vel idus ſuperis ſit dicatus: quēadmodū antiquitas Ianuariū menſem Iano. Februariū inſequentem inferis celebrat. idē dies dicunt allienſes: q; ob infelicē pugnā ad alliā ſunt cōſtituti. his. nec ionē nec ianū preferri fas erat: nec quēq; ſuperū. allia flumen quindecim milibus paſſuū ab vrbe diſtans hiſtis romanis nobilis deleto prope ad internitionē exercitu: Grauis: infelix. Faſti libri dies feſtos continentes redacti in volumen a Cn. Flauio ſcriba applj ceci: tāta gratia apd plebē cum eos edidiſſet: vt creatus ſit edilis. Curilis preteritis duobus filijs conſulū natus ipſe Libertino patre: nā ante libros illos ab eo editos cogebatur plebs rationē dierū querere a principibus ciuitatis auctor Plinius. Dies que protulit Ibin eſt in faſtis. Publica damna: nam ob publica damna dies atri erant conſtituti. Simul: cum primum. Eacus traſcribet in te penas infernales. i. traſferri faciet in te: erit manibus. i. inferis ſpiritibus aut animis: ſeu ſi mauis animabus. antiquis cauſā quieris: q; o ſiſyphe erit ſup. tūc quādo ibis apud inferos ſupplicia aliquis cui tradas. i. tradere poſſis: pōdus reuolubile. i. ſaxū aſſidue reuoluēdū. hic. ſ. ibis erit ſcz q; tātali penas dabit hic in cōſumto ꝛc. ſ. loco tytij. Nec mortis penas. Quod in hunc imprecat poeta nimiū verū experiuntur dānati q; de colore nimio trāſferunt in aquas nimiū et nouo genere mortis cruciant: nec finit mors mortē: ſz cōtinuat. Inde. ſ. de infinitis malis. Lybico de mare: ſic legendū eſt. nō mari, pp peruerſum qd. idez alibi quoq; inuenies. Terra ciliſſa pro cilicia: facto diminutiuo greco Atho mons inter thraciā et macedoniā aſſidua grādine aut niue pulſatus. Nat⁹ es infelix: docet ex mathematicorum atq; aſtrologorum diſciplina īfeliciter natū et infauſto horoſcopo: quā diſciplinā cū diuus auguſtinus in de ciuitate dei. tū picus mirādula in opere cōtra aſtrologos validiſſimis rationibus impugnāt immo expugnāt. Stella cōmoda. i. vtilitatē afferēs vel lenis. i. nō aggrauās hoc eſt nulla cōmoda fuit: ſed q;libet grauis. Quē peperit. ſ. mercurius filius iouis ex maia atlantide. Hec eſt ꝛc. Ordo eſt. Hec. ſ. natiuitatis tue eſt dies: cui Allia fluuius ille grauis. i. moleſtus et infauſtus dat nomē: q; dr allienſis: in faſtis. i. libris faſtorū ſeu feſtorū vbi dies atri notati erāt ſicut nōnulli chriſtianorū veteri ſuperſtitione inducti dies egyptios notāt. Scribit aūt allia ſemp gemino ll et primam pducit: licet Seruius aliter ſentiat male a legās illud Lucani. Atq; alie clades. nā ibi alie adiectiuū eſt ab alius a. um. vt docet Beroaldus in eundē et eſt dies que tulit ibi appoſitorie. quaſi dicat exiſtente publica dāna. Nam quocunq; die reſpu. grauia damna perpeſſa eſt is ater habitus eſt.

Dies allienſes.
Allia.
Faſti.
Publica damna.
Ascen
Mare in ablatiuo.

als fedo.

Cyniphiam fetido corpore preſſit humum

Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo:

Funereoq; graues edidit ore ſonos.

Protinus eumenides lauere palluſtribus vndis

Que caua de ſtygijs fluxerat vnda vadis.

Pectoraq; vnxerunt herebee felle colubre:

Terq; cruentatas increpuere manus.

Gutturaq; imbuerunt infantia lacte canino.

Hic primus pueri venit in ora cibus.

Perbibit inde ſue rabiem nutricis alumnus:

Latrat et in toto verba canina foro:

Membraq; iunxerunt tinctis ferrugine pannis.

A male deſerto quos rapuere rogo.

Et ne non fultum nuda tellure iaceret.

Molle ſuper ſilices impoſuere caput.

Iamq; receſſure viridi de ſtipite factas

Admorunt oculis vſq; ſub ora faces.

als furijs.

Flebat vt eſt fumis infans contactus amaris

De tribus eſt cum ſic vna locuta ſoror.

Tempus in immenſum lacrimas tibi nouimus iſtas:

Que ſemper cauſa ſufficiente cadent.

Humum cyniphiā: cur ait poeta ibin natum eſſe in cynipha terra que eſt in Lybia an ob hircos cyniphos qui fetidi ſunt: vt oſtendat eum male olere nam qui male olent dicuntur hircoſi Et catullus hircum ſub alis male olentibus habitare dicit. An ſi potius placet quoniam auctore Plutarcho fere monſtruoſe ibi naſcebantur: Conuenientibus diuerſis animalibus ad eundem fontem ob penuriam aquarum in lybia: et ibi diuerſiſſimis miſtis. Vnde prouerbium illud ſuſceptuz eſt Aphricam ſemper noui aliquid adferre: cum noua monſtra ferarum produceret. Cyniphus labitur ex monte charithon: vt ſcribit Herodo. oppidum eſt illic eiuſdem nominis vt auctor eſt Plinius: ſed dictio apud Plinium mēdoſe eſt ſcripta Cyniphos pro cyniphus. Bubo acherōtis filius et orphenes Nymphe cōuerſus in auem ex aſcalapho ob accuſationem proſerpine: auis funebris eſt publicis reb⁹ nō priuatis pſertim ſi in lucē appareat: quemadmodum noctue et vlule que omnes ſunt aues nocturne. Cellā capitolij intrauit Pōpilio et pedanio conſulibus: qua de cauſa vrbs eo anno luſtrata eſt. Conuenit igitur augurium bubonis in ibidem: cum ſupra eum dixit publica dāna. Graues: querulos. Eumenides furie infernales dicte quaſi benigne per contrarium. Paluſtribus vndis: nam aqua palluſtris infelicis ominis eſt et repudiata a ſacris quibus viua aqua fluminis vti fas erat. Vnda caua obſcura: quemadmodū nubem dicimus cauam Herebee eo. infernalis colubre. Ter nam ternarius numerus in ſacris adhibebatur preſertim magicis vt eſt apud Vergi. Hunc numerū ad ſacra pertinere ſcribit Ariſto. in principio de celo. Lacte canino: vt futurā rabiem portenderet nam canes ad rabiē ſunt proni. Perbibit rabiem hoc eſt quod Quintil. ex teſtimonio Chryſippi: et Phauorinus apud Aulum Gelliū diſputant mores infantis formari ex lacte nutricis propterea cenſebat Chryſippus nutricem doctā eſſe dandam infanti quem velimus oratorem. Et hac diſciplina illud extat Vergilij. Hircaneq; admorunt vbera tygres Ferrugine: nam color infernalis ferrugineus eſt: et cymba charontis ferruginea eſt apud poetam. Male deſerto: hominis damnati. De viridi ſtipite: nā faces virides infelic

Domi. cyniphia.
Cyniph⁹.
Bubo.
Eumenides.
Ternari⁹
Nutrix.

Dixerat at clotho iuſſit promiſſa valere

Neuit et infeſta ſtamina pulla manu:

Et ne longa ſuo preſagia diceret ore:

Fata cauet vates qui tua dixit erit.

Ille ego ſum vates. in me tua vulnera diſces

Dent modo dij vires in mea verba ſuas.

Carminibuſq; meis accedant pondera rerum

Que rata per luctus experiare tuos.

Neue ſine exemplis eue cruciere prioris.

Sint tua troianis non leuiora malis.

Quantaq; clauigeri peantius herculis heres

Tanta venenato vulnera crure geras.

Nec leuius doleas: quam qui bibit vbera ceruę

Armatuſq; tulit vulnus inerme potens.

ces ſunt propter fumum. Cauſa ſufficiente: cauſa lacrimarum ſemper durante. pulla ſtamina: infelices dicuntur habere in manibus parcarum ſtamina nigra: felices alba. Pap. Iamq; dies aderat parcarum conditus albo velere Hoc autem eſt ex diſciplina etruſca vt Macro. ſcri: et nos in commentarijs Silij diximus. Longa preſagia: hoc dicit propter magnitudinē calamitatū. Per tuos luctus: tuis calamitatibus Neue ſiue. orditur imprecationem incipiens a malis troianis. Nam oratoris eſt narraturi aliquid cumulū quemdā rerū proponere: tum deducere ſingula: vt hoc loco facit. Priora eui: antiquitatis inſultantis hoc dicit

Philoctetes.

poeta. Quantaq;: philoctetes comes herculis ſolus morituri rogū auſus eſt ſuccendere: rogāte id hercule: in cuius rei premiū: fatales ſagittas hydre veneno tinctas hercules ei reliquit: ſine quibus reſpondit oraculū Troiam capi nō poſſe. Vlyſſes phyloctetem ad troiā ducere voluit: ſed in lemno

Petilia.

manſit vulneratus Lapſa e pharetra ſagitta. Lycophon ab homero diſſentiens et noſtris poetis ſcribit eū troiam perueniſſe vna cū Vlyſſe. Stra. philoctetem profugū fuiſſe patria narrat. Et petiliam vrbem in brutijs ab eo conditā fuiſſe. Addit Apollodorus eū colonam in ſiciliā miſiſſe. Vulnera ſagitte acerbiſſima fuerunt: vt ex philoctete lacrimis apud Lycophronem et Sophoclē diſcimus.

Telephus

Nec leuius. Telephus filius herculis et auges filie alei inter virgulta inuētus eſt nutritus a cerua donatus a paſtoribus corytho theſſalie regi cum ex oraculo didiciſſet matrē fugientē paternam iras vel potius emiſſam a patre ob ſtuprū cū hercule perueniſſe in Myſiam eo ſe cōtulit: vbi a teutrante rege et auge dicta eſt vxor: et Telephus factus filius ſucceſſor regni vulneratus eſt ab achille in quo et ſi noſtri cōſentiunt oēs tamē Euſtachius veterē altius repetit hiſtoriā. Scribit enī grecos ignorantes iter ad troiā perueniſſe primū in miſiam per errorē: vbi Telephus rerū potiebat. Telephūq; deſcendiſſe in pugnam aduerſus externos: inſequentēq; Vlyſſem vitis trūco offenſum cecidiſſe ibiq; vulneratū ab achille q imminebat: tū grecos a littore propulſatos in greciā rediſſe. Cū aūt reſpōdiſſet oraculū Telephi vulnus ſanari nō poſſe: niſi eodē loco iterū ab achille vulneraretur: in greciā nauigauit: promiſitq; achillei in premiū ſanati vulneris ſe ducē futurū ad littus troianum: qd actum eſt. Fabuloſior ita habet hiſtoria. Sed Pli. ſcri. vulnus Telephi ſanatum ab achille: admiſta ferri rubigine emplaſtro. vnde achilles inquit pingitur decutiens cuſpidem in telephi vulnus.

ASCEN

Cyniphiam etc. Bone ſunt calderini rationes? Nā illic hirci abundant: vnde in georgicis. Cyniphi tondent hirci. Extranea autem olentes dicuntur hircum olere. Horatius primo ſermonum. Paſtillos ruſillus olet gorgonius hircum. Paluſtribus vndis: que non purgant ſicut aque currētes quas viuas vocat Maro dicēs Eneidos .ij. Donec me flumine viuo abluero. Que vnda caua .i. obſcura et nubila aut euaporata extracta pura aqua per exhalationē. erebe: erebus dictus eſt locus obſcurus inferni aut ipſe infernus: et ſcribitur a doctoribus ſine h. Gutturaq; imbuerunt. docui alibi hoc e in hac tertia perſona ſepe correptū inueniri: ſed quandam celeritatem figurari: vt in Buccolicis. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. in Geor. Miſcuerūtq; herbas: et nō innoxia verba et in enei. Obſtupui ſteteruntq; come etc. Non eſt aūt legendū imbuerit vt alia docent verba pānis tinctis ferrugine. ferrugo eſt purpure hiſpanice genus coloris fuſci atq; ſubnigri: rogo male deſerto: ſcilz priuſquam cadauer hominis damnari penitus exuſtum eſſet. Vnde panniculos ſemiuſtos et fumoſos atq; ob id ferrugineos nutricem ibidis ſubtraxiſſe dixit. Caput molle: q: infantis: ſed id quoq; notā habet. ſ. duriſſimi aūt tunc lapides vnde ignis excuti ſolet: Iāq; receſſure: ſcz colubre infernales .i. cū recedere vellent admorunt pro admonuerunt et applicuerunt oculis ſcz ibidis pueri: vſq; ſub ora: faces actas de viridi ſtipite vt fumo cruciaret: vna ſoror de tribus .i. vna parcarū: que tres ſorores ſunt et fata hominū ordiūtur. fertq; colū cloto: lacheſis trahit atropos occat. Pulla: idest nigra flamma. Vnde in Geor. Nec te ne maculis infuſcet vellera pullis. Inde pullati dicunt veſtibus lugubribus que nigre ſunt induti. Preſagia dicuntur que ſagaciter pnotata ſunt: ſz ſagio et preſagus atq; preſagium ſa ſyllabam producunt: quam ſagax corripit. Facta canet. Ordo eſt. Ipſa dicit vates erit qui canet tua facta. Ille ego ſum vates in me: idest in carmine meo: nō in mei pſo: quaſi ipſe ſit pro exemplo quod aduerſarius magno fortaſſis mereretur. Neue: ſine exemplis: Incipit cōmemorare mala que alij paſſi ſunt: imprecans ea in caput aduerſarij Quia vero hiſtorie et fabule graphice recitantur a Calderino: dicam ordinem qui talis eſt. Neue: idest etiam ne. vt accipiatur ve pro etiā: ſicut vel accipi ſolet. q: aliter neue ſemel poſitum non congrueret principio orationis. Igitur etiam ne tu crucieris: idest torquearis ſine exemplis prioris eui: idest vt cruicieris ad exempla eorum qui fuerunt in priore hoc eſt priſco euo: et ſeculo tua mala ſint non leuiora malis troianis. que mala nimirum fuerunt: q: troiani decennali bello vexati: tandem funditus exterminati ſunt: et troia radicitus euerſa. Et geras ſupple in crure venenato: idest venenatis ſagittis inſerto: tanta: idest tam magna et ſeua vulnera: quanta ſupple geſſit: peantius: idest philoctetes filius Peantis: vt atteſtatur Seruius et Seneca dicens in hercule furente in perſona herculis ſagittas porrigentis. Accipe hec ſate peante dona et munus alcide cape. Nec fallet vnq; dextram hic arcus tuam. Librare tela didicit et certam dare fugam ſagittis: ipſa non fallunt iter Emiſſa neruo tela. Peantius igitur: idest philoctetes: heres: idest ſucceſſor in poſſeſſione arcus et ſagittarum herculis clauigeri: idest clauem gerere ſoliti. Nec doleas leuius quam his ſupple qui bibit vbera ceruę



ſupple doluit: videlicet Telephus de quo Hora. Telephus et Peleus cum pauper et exſul vterq; etc. et qui potens armatus tulit vulnus inerme illatū: ſcilicet ab achille inermi: preter haſtā. Niſi legendū eſt. Armatiq; tulit etc.

Quiq; ab equo preceps alienis cecidit armis:

Exitio facies cui ſua pena fuit.

alias trepidus.

Id quod amintorides videas: trepidumq; miniſtro

Pretentes baculo luminis orbis iter.

Nec plus aſpicias quā quem ſua filia rexit:

Expertus ſcelus eſt cuius vterq; parens

Qualis erat poſtquam iudex de lite iocoſa

Sumtus apollinea clarus in arte ſenex.

Qualis et ipſe fuit: quo precipiente columba

Eſt data palladie preuia duxq; rati.

Quiq; oculis caruit: per quos male viderat aurum

Inferias nato quos dedit orba parens

Paſtor vt etneus: cui caſus ante futuros

Telemus eurymedes vaticinatus erat.

Et duo phinide: quibus idem lumen ademit.

Qui dedit et thamire demodociq; caput.

Sic aliquis tua membra ſecet ſaturnus vt illas

Subſecuit partes vnde creatus erat

DOMI.

Bellorophon.

Quiq;. Bellorophontē accuſatum ab antia: vt ſcribit Homē. et Hygi. vxore proeti abātis filij quod vim inferre voluiſſet: vulgata eſt hiſtoria: quo crimine proetus eū miſit: vt Hygi. ſcribit ad Iobatem vt alij ad Euryen liciorū regem patrem Antie: vt famulus Chimere que Liciorum fines vaſtabat eum obijceret. Sed victor adeo Iobatem regem commouit: vt ei data ſibi achimene in vxorem ſorore Antie et regis filia. Poſt effuſionē fontis a pegaſo equo contendit euolare in celū. Sed in altum ſublatus in terram deſpiciens adeo eſt

Pegaſus.

perterritus. vt ceciderit: pegaſus autē dicitur in celum ſubuolaſſe et eſſe inter aſtra antiam alij appellarunt Scenobeam. Bellum bellorophōtis et piſandri eius filij in ſolinis ſcri. Stra. Nā eos populos a bellorophōte expugnatos hiſtorie credimus. Id qd phenix vt de alijs eiuſdem nois ſilemus

Phenix. Amyntorides.

filius amintoris fuit filij cercaphi: quē ormenus genuit: Crites ſcri. cum phocēſem fuiſſe. hic cum haberet rem cū pellice patris: vt auctor eſt Home. delatione nouerce accuſatus aufugit: venitq; ad peleum Achillis patrē. vnde ppetuus comes et magiſter achilli heſit hūc ſecū fuiſſe nō tradidit Home. ſed apud interpretē lycophronis eū in patriā reuerſum ſuorū aſpectu nō potuiſſe frui: quoniam oculis carebat. Qd addunt quidā a filijs eum cecatū nō reperio. Nec plus eppidus īceſta matre

Edipus.

et patres nece infamis ob ſceleris cōſcientiā cecatus eſt regebaturq; cecus ab iſmena filia. Quāuis Diodo. hiſtoriā ſecutus aliter ſcribat. Qualis Tyreſias ſumtus iudex a iunone et ioue viri ne an mulieris libido maior eſſet: ſententiā tulit in iunonē

Tyreſias.

a qua oculis eſt priuatus: ſz iuppiter ↄſolatus eſt eius calamitatē honore. nā dedit ei diuinādi artē. hic predixit thebarū interitū ſuaſitq; ciuibus vt fugerēt. Euerſa eſt vrbe captiuus: quoniam in itinere aquā extilphuſa fonte bibiſſet mortuus eſt vt ſcri. Pauſanias. Daphne eius filia que poſtea dicta eſt ſibilla

Daphne.

vaticinandi artē edocta multa ſcripſit verſa. Vnde Home. poema ornauit. Tyreſie meminit Home.

Phineus.

in carmine magico. Qualis et phineus nobilis eſt carmine apollonij valerij hiſtoria. Diodo. qui dū veritatē rei fabuloſe inueſtigat: a noſtris diſcedit. His cecus erat ne longiorē repetamus hiſtoriā. Dapibus nō poterat veſci cū harpye admote menſis eas fedarent. zetus et Calais boree filij inſecuti aues ad plotas vſq; inſulas: que poſtea dicte ſunt Strophades: eū tanto ſupplicio liberarūt: quo beneficio dictus canit apud apolloniū rhodium monens argonautas: vt inter Cianeas petras colūbam ſequant: quā dij mitterēt. Apud eundē poetā argonautis diſceſſuris ex ponto apparuit auguriū accipitris columbā inſectātis: que in Iaſonis ſinum decidit. Mopſus vates id in bonā partē eſt interpretatus colūbā fuiſſe ducē argonautis carmē Valerij innuit: et Propertij. Ignoto miſſa colūba mari ſed datā fuiſſe a phineo: aut predictā nullus preter apolloniū ſcripſit. De hoc plura in cōmentarijs Propertij diximus. Palladie rati: argonautis palladia dicta: quoniam facta eſt cura palladis. Oui. Et que cura pugnacis facta minerue. Per nō tētatas prima cucurrit aquas. Papi. Et puppē temerariā minerue: qd alij aliter interpretant

Palladia.

fuiſſe illic ſapiētes hoīes et ppterea dictā palladiā ſomniū eſt. Quiq;. polymneſtor: vt greci ſcribūt rex thracie ve-

ratis. Argo.

teri amicitia cōiūctus cū priamo imminēte bello grecorū: polidorū priami filiū a parētibus ſibi mādatū hoſpitio ſuſcepit. Sed ruētibus troianis auri qd polidorus attulerat auiditate captus cōtēpto hoſpitij iure polido-

Polymneſtor.

rū obtrūcat: q; cū hecuba mater pcepiſſet: diſſimulās ſe necatū fuiſſe filiū intelligere: polymneſtorē rogauit: vt accepto theſauro quē adduxerat filiū redderet: is ſecutus mulieris fidē adductus in ſecretū ab hecuba et ancillis: oculis priuat ferramētis minutiſſimis: que veſtibus cōtecta intulerāt: quuis nōnulli aliter verſum Euripedis interpretātes vnguibus effoſſos oculos putēt. Paſtor. poliphemus inter Ciclopes ſiculos homeri carmi-

Polyphemus.

ne celeberrimus oculū amiſit aduſto ſtipite effoſſum ab vlyſſe cū abſumptis quinq; ſocijs vlyſſis vino obrutus iaceret qd ipſe vlyſſes ppinauerat. celebratū etiā a plinio ob egregiū ſaporē: lōgū exrat homeri carmē: vnde fabuloſa hiſtoria a noſtris accepta eſt: ita ex hoc locum illū Iuue. interpretor: vbi ait. Et appellat puer vnicus: vt polyphemi Lata acies per quā ſolers euaſit vlyſſes. vt intelligas illū dicere ſibi alterū puerū inueniendū eſſe: cum vnicū habeant qui non magis ſibi ſatiſfacere poteſt: quam vnus oculus potuit ſatiſfacere. Polyphemo: per quem vlyſſes euaſit: quaſi diceret: ſi duos oculos habuiſſet polyphemus: nō euaſiſſet vlyſſes. de hoc plura diximus in cōmentarijs Iuuenalis. Thelenus vates: vt Theocritus ſcribit: et teſtis eſt Ouidius: predixit poly-

Thelenus

phemo aliquando futurum vt ei oculus effoderetur ab vlyſſe. Et duo phinide: duo phinei filij ex Cleopatra

Phinides.

vim intulerāt: ide quam phineus ſuperinduxerat filiam Dardani Scytharū regis: qua de cauſa excecati a patre ſunt. ita enim nonnulli ſcripſerunt auctore Diodo. Thamyras: ab Home. thamyris dicitur aptus ad lyram

Thamyras.

et carmen: vt ſcribit Diodo. claruit muſica adeo: vt quemadmodum Home. in .ij. iliados ſcribit. ex occalio pe-

lop3neſi veniēs muſas:quibus ocurrit in certamen prouocauerit;quibus excecatus eſt:vt noſtri poete inter,
pretati ſunt verſum homeri:cuius dictio apud Homerū nō ꝓprie excecatū ſignificet:ſꝫ mutilatū τ leſuz.home
rus muſe piro.ideſt leſum reddiderūt.Diodo.priuatū tm̄ muſica τ ira:ſcribit occecatū Propert⁹. Aliclicet et
thamire cātoris fata ſequant. Nunq̄ ad formoſas inuide cecus ero. Item pauſanias q̄ ſcribit eū philamonis
filiū fuiſſe. plura dixim⁹ in cōmentarijs ꝓpertij Demodocuſq;:duo cātores ſunt apud Homerū in odyſſea. Phe
Phemius mius in cōuiuio procoꝝ. Themodocus in cōuiuio Altynoi.cuius muſicā laudat Homerus ſeipſum deſignans
Themo- ſi Euſtathio interpreti credimus:hic cecus fuit Homerus.hūc valde muſa dilexit dedit bonūq; malūq;.oculis
docus. quidem priuauit:ſed cantum dedit ſuauiſſimū. Sic aliquis.ſaturnus genitalia patri dicitur abſcidiſſe:qđ qui
Homer⁹. ad hiſtoriam referunt:aiunt hoc factum eſſe:q: vltimus fuerit filius. Sequuntur naufragia.
ASCEN ☞ Quiq;:ideſt τ q̄ is qui:hoc eſt τ nō doleas leuius immo grauius q̄ is qui dedit preceps ab equo ſcꝫ pegaſo
alato:in arma alienis videlicet belorophō:cui ſua facies fuit pene exitio.i.cauſa exitij τ mortis: q: ob eā a ſte
nobea ad ſtuprum interpe latus:cū accuſaret criminatus fere exitio datus eſt. Et videas id ſup.quod amyntō
rides.i.phenix amyntoris filius ſup.vidit videlicet nihil boni q: cecus effectus poſt exilium eſt τ tu orbus lumi
nis.i.priuatus viſu pretentes iter trepidū baculo miniſtro:ideſt quo dncaris pre inopia loco miniſtri cum mi
niſtrum non habeas. Nec aſpicias plus q̄ ſup.tyrheſias vates thebanus τ cecus:quē ſua.i.ipſi propria filia
rexit ſumtus.i.aſſumtus τ effectus ſenex clarus in arte apollinea.i.diuinādi in qua apollo preſtitit:τ quum illi
iuppiter ob ſententiā pro ſe cōtra Iunonē datā cōtulerat. Et ſup.ſis talis: qualis fuit ipſe ſcꝫ phineus cecus:
quo precipiēte.i.ex cuius precepto colūba eſt data preuia τ dux rati palladie videlicet argonaui: qua argonau
te vehebant̄ hiſtorias recitat calderin⁹. Quiq; oculis caruit. Adducit alia cecitatis τ incōmodioꝝ exēpla que in
ibin ɔtinuo imprecat̄. Ordo eſt a ſuperiori. Et ſup.ſis talis qualis fuit is.ſ.polymneſtor rex thracie qui caruit:
immo priuatus fuit oculis per quos viderat.i.cū auaritia nimia aurū:ſcꝫ a priamo cum polidoro apud eum
depoſitū.vnde enei.iij. Polidorum obtruncat τ auro Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis auri ſacra
fames:quos ſcilicet oculos polymneſtoris parens.ideſt mater:ſcꝫ hecuba:orbata:ideſt priuata filio ſcilꝫ polydo
ro dedit nato inferias.i.ꝓ ſacrificio inferis accepto:ac manib⁹ eius. Et ſup.ſis vt paſtor etneus.ſ.polyphemus
qui in etneo monte oues pauit vbi ab vlyſſe ſtipite ficulneo adulto excecatus eſt:vt Vergi.eneiđ.iij.ſcri.cui the
lemus eurimedes mātes.i.vates ille inter cyclopas.vt homerus dicit peritiſſimus erat vaticinat⁹.i.pphetaue
rat añ.i.priuſq̄ euenirēt:caſus futuros.i.amiſſionē oculorū.vnde de eo dicit̄ met.xiij. Telemus eurimedes:quē
nulla fefellerat ales. Terribilem polyphemō adit lumēq; quod vnū fronte geris:media rapiet tibi dixit vlyſſes
Et ſupple ſis cecus:vt duo phinide.i.filij Phinei:quib⁹ idem:qui dedit lumē.i.viſum videlicet phineus rex pa
ter eorū per generationē ademit.i.abſtulit lumen. Et ſup.ſis vt caput thamire illius vatis a muſis excecati. et
demodoci illius optimi muſici ceci:per quē Homerus ſeipſum ſignificaſſe putatur:fuit enim τ ipſe cecus τ poe
tarum optimus. Et aliquis quicūq; is ſit ſecet.ideſt intercidat ſic tua mēbra:potiſſimū virilia:vt ſaturnus ſub
ſecuit.i.ſub illis exiſtens:aut clanculum ſecuit illas partes vnde erat creatus.i.virilia patris ſui celi:que in ma
re piecit:τ ex ſpumis eius illiſq; nata eſt venus.

DOMI. ☞ Nec tibi. ceyx alcyones coniux:cū ad oraculū
Ceyx. nauigaſſet:facto naufragio ſubmerſus eſt: cuius
Alcyone. rei dolore alcyone in auem conuerſa eſt ſui nois.
Dedalion Ceycis frater Dedalion in accipitrē fuerat cōuer
ſus dolore:illic amiſſe. Solertiq; viro Vlyſſes irato
Vlyſſes. neptuni numine:vt Home.ſcri.multa in aquis in
commoda perpeſſus eſt:fecitq; tandē naufragiū:
vnde cū enataret in rate:afficereturq; maxime do
Ino. lore. Ino filia cadmi que a grecis leucothea dicit̄:
a noſtris matuta:vt Cice.teſtatur:cō miſerata eſt
naufragium verſaq; eſt in ſpecie mergi vel gabie:
quam home.appellat ethiam:cōſolata eſt meren
tem: deditq; velum quo circūdato pectore enata
uit tutus. Home. Que vlyſſem miſerata eſt labo
rantem:deditq; velū inquiens hoc velū ſub pecto
re cōde. Vel q̄ Attilius regulus cū autore Tudita
Attilius. no.ſi gellio credimus venenū ſibi datū eſſe dixiſ
regulus. ſet a penis qđ mortem in diē proferret: patribus
ſuaſit:vt captiuorū permutatio nō fieret Aualuit
q; ad paratum ſuppliciū reuerti:quā viuere inuti
lis ciuis patrie:quo ſupplicio ſit affectus nō ſatis
conſtituūt annales:cum tubero ſcribat eū in tene
bras fuiſſe demerſum: τ ſubito in ſolem ardētiſſi
mū inductū: coactūq; intendere oculos in celum
hoc cruciatu periſſe. Tuditanus autor eſt ſomno
diu ꝓhibitū tandē extinctum eſſe. Sillius quiete
ꝓhibitū ſcribit collocatū in armario prefixum ſti
mulis. Sillius. Prefixo paribus ligno mucroni
bus oēs. Armantur laterū crates:cui opinioni vt
aſſentiamur illud mouet plurimū quod legimus
captiuos penoꝝ traditos filijs reguli a romanis
vt patris mortē vlciſcerentur prefixis muricibus
coniectos fuiſſe in armarium tanq̄ in ſimile ſup
Priamus plicium. Cui nihil. Priamus deſperata ſalute ſua
τ ſuorū cōfugit ad aram iouis ercei:que in media
regia erat:vbi a pyrrho obtruncatus eſt:nihil eū

Nec tibi ſit tumidis melior neptunus in vndis
Quam cui ſunt viſe frater: τ vxor aues
Solertiq; viro lacere quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles eſt miſerata ſoror.
als cognouerit.
Vel tua ne pene genus hoc cognouerit vnus
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur aquis.
Vel que qui redimi Romano turpe putauit
A duce puniceo pertulit ipſe feras.
Nec tibi ſubſidio ſit ſit preſens numen vt illi.
als iouis.
Cui nihil hercei profuit ara ſui.
Vtq; dedit ſaltus e ſummo theſſalus oſſa;
Tu quoq; ſaxoſo precipitere iugo.
Aut velut euriali qui ſceptrum cepit ab illo
Sint artus auidis anguibus eſca tui.
Vel tua maturet ſicut minoia fata.
Per caput infuſe feruidus humor aque.
Vtq; parum mitis: ſed non impune prometheus.



Aereas volucres ſanguine fixus alas:
Aut velut etracides magno ter ab hercule quintus
Leſus in immenſum proijciare fretum.
als amyntiadem.
Aut vt amantiaden turpi dilectus amore.
als caput.
Oderit τ ſeuo vulneret enſe puer:
hercule illac iter faciēte. Illeq; negaſſet: iratus her
cules Thiodamantis boues mactatos ſibi appo
ſuit ⁊ ſuis. Quā iniuriā cū Thiodamas vlciſci vel-
let educta Dryopū manu in her. impetū fecit qua
in pugna tanto diſcrimine laborauit: vt deyanire
vxoris auxiliū petere coactus ſit. Uulnuſq; accepe
rit in mamilla: mox Driopes domitos ⁊ fuſos in
trachiniā coloniā duxerit rapto tūc hila Thioda-
mantis filio forme preſtātia captus: inde Thioda
mātiades dicit a patre Thiodamāte. Dryops hic
p ppſo accipit: dryops alioqui teſte Ariſto. ex ar-
Caccus. cadia nomē dryope. Caccus vulcani filius ab her
cule domitus in mōte auētino ob armēta Hercu
li ſurrepta notū eſt Uerg. carmē. Diodo. Po hunc
Lycas. laſciniū nominat. Quā qui dona. Lycas venena-
tam tunicā herculi attulit a quo in mare euboicū
deiectus eſt. Uel de Theobroto: cuius nōis igno-
rantia alij interpretes nouam cōfixerunt fabulā.
Cum platonis opus de animarū immortalitate
legiſſet: ex ambracie patrie ſue pmōtorio immor-
talitatis animi ſtudio ſeſe proiecit. autores ſunt
Cice. in tuſcu. queſtionibus. Callimachus etiam
nobili epigrammate: ⁊ Lactātius. Ut qui theſee.
Egeus. Egeus theſei pater cū reuertentis filij vela nigra
ex arce pſpexiſſet mortuum putauit: doloreq; ſeſe
precipitauit ab alto: ex hoc mare egeum nōnulli
dictū putant a plinio diſcedētes qui hanc appella
tionē deducit a quibuſdam inſulis: que in medio
egeo mari ſurgētes formā caprinā cōficiunt. Nam
Aſtianax. egeū caprinū ſignificat. Iliaca. Aſtianactē Hecto-
ris filiū vlyſſes ex turri precipitauit ardēte troia.
Ino. extat de hoc carmē in meta. Nutrix. Ino ſemeles
ſoror cū Athamātis viri furorē fugeret e ſcopulo
ſe demiſit in mare: hec nutriuit bacchū. Pa. Quid
te poſt cineres deceptaq; funera matris. Tutius
inoo repetentem pectore bacche. Ut cui cauſa ne-
cis. Dedali nepos ex ſorore: cū ſerram ⁊ circinū in
genio ſuo adinueniſſet: dedali inuidia deiectus ex
turri in auē ſui nominis eſt conuerſus. Pli. tamē
in. vij. ſerram a Dedalo inuentam fuiſſe affirmat.
Ilicem. Lidia: maro Ilicem Ibia Lidij filiā amauit: que
tuta diane auxilio: dum amores martis contēnit:
Diris imprecationibus in furorē acta ſe dimiſit e
Paphages. ſcopulo. Feta tibi occurrat. Paphagis ambracie
rex cū incidiſſet in leenam catulis ſtipatā in hor-
Brutes. tis ſuis ab ea eſt dilaniatus. Quiq;. Lycurgus bru
tem fratrem habuit aucto. Diodo. eiuſdem nomi
nis filium: quem ex arbore detractatū aper lace-
Idmon. rauit. Idmonaq;. Idmon autore Apollo. quū in
argonauticā expeditionē vltimus veniſſet. Scie-

Nomina des rapide: vel tyberinus aque:

Hirtacideque modo deſixa cadauera trunco

Digna feras hominis ſit caput eſca tuum.

bat cum vates in ea periturum: in bithinia ab apro eſt diſcerptus. Iſque vel: thoas: vt nonnulli ſentiunt. (Thoas.) Diodo. autem tradidit quidem ignoto nomine poſſidoniatarum in regione Andricgathia: cum venatione excelleret: captarumque ferarum capita et pedes diane vouiſſet capto ingenti apro: ſolum caput arbori appendit dea contempta mox cum eodem loco dormiret Meridiano eſtu ſolutum apri caput dormientis os oppreſſit. Atque idem: Atys et Nauclus pinci po (Atys. Pinci.) mi caſu dormientes in venatione obruti ſunt. Si tua: ſocij minois regis interfecti in ſicilia iniuriam vlciſcentes quicunque ex Sicilia in Cretam nauigarunt interficiebant. Lapſuramque. Alcidiſſe alebe Lariſſei filia: cum viro lycoride eadem domus ruina obruta eſt. Atque. Euenus vt apud Homerum viuum reperio Euſtachio interprete cum (Euenus.) Marpiſſam filiam pulcerrimam haberet eam poſcentes in vxorem in certamen curule prouocabat eorum qui victi (Marpiſſa) eſſent capita foribus affigebat: vt reliquos a contentione deterreret. Idas autem qui apharei filius ferebatur cum (Idas.) eſſet neptuni acceptis a patre equis velociſſimis Euenum ſuperauit Marpiſſam filiam abducit vxorem. Euenus autem pre dolore in lycorbam etolie fluuium demerſit: cui dedit nomen. Nam ex illo eſt appellatus euenus. Vel tyberi. Tyberis a tyberino rege immerſo nomen accepit vulgata hiſtoria.

ASCEN ☞ Et quam puer. i. alumnus Hypſiphiles: ſcilicet Ophelres filius Licurgi regis. ¶ Et quam ſup. laocoon ſacerdos neptuni: qui cum filijs a duobus ſerpentibus occiſus eſt: vt dicitur enei. ij. qui fixit: idest tranſfixit primus acuta cuſpide robora caua equi ſuſpecti: ſcilicet troianis. vnde ipſe aut vlla putatis: dona carere dolis Danaum: Neue: idest vel ne: adeas gradus: idest ſcalas: cautius: idest prudentius et circunſpectius: elpenore ſocio Vlyſſis: qui inde cecidit et mortuus eſt: et feras vim vini: idest inebrieris prius quam cadas: ſicut ille. Tanque etc. Ordo eſt. Et cadas: idest ſuccumbas: tam: idest in tantum domitus: quam: idest quantum ſup. cecidit quiſque dryops: idest populus ille iuuit. Thiodomanta: ſcilicet regem ſuum: inhumanum. i. negantem alimenta puero herculis: et vocantem ad arma: ſcilicet contra herculem a quo tandem omnes occiſi ſunt. Et tam cadas: quam ferus Caccus: de quo Verg. lib. viij. et Liuius (Caccus.) in. j. Ipſe: ſcilicet filius Vulcani et alios occidere ſuetus perijt mactatus in ſuo antro: exiſtens proditus ab ore bouis: idest vacce incluſe: quia vt dicit Vergi. cum hercules abigeret armenta ſua et boues capre dulcedine pabulorum mugirent reddidit vna boum vocem: ſcilicet de ijs quas Caccus furatus erat et incluſerat in antrum ſuum. Et cadas: aut pereas tantum: quam. i. quantum ſup. cecidit et perijt is qui tulit: ſcilicet ad herculem hoc eſt lycas: dona: idest ſubtunicam: quam camiſiam vocant aut ſubtexta: tincta veneno: idest venenato ſanguine neſſeo. i. ipſius neſſi et qui tinxerat aquas euboicas ſuo ſanguine: quia Lycas in mare euboicum ab hercule precipitatus eſt: vel venias in tartara: idest deſcendas ad inferos de ſaxo precipiti: ſcilicet ambracie promontorium in epiro: vt qui legit opus Socraticum idest a Socrate inſcriptum: ſed a platone editum: de nece: idest de immortalitate anime: videlicet Theobrotus. Et cadas: et pereas aut precipiteris: vt egeus pater theſei qui vidit vela fallacia: idest nigra quaſi lugubria: carine theſee. i. quaſi theſeus viuens non mortuus: vt ille putabat vehebatur. Et puer: ſcilicet aſtianax filius hectoris miſſus: idest precipitatus ab arce iliaca: idest troiana: et vt nutrix et eadem matertera bacchi teneri: ſcilicet adhuc videlicet Ino ſoror Semeles que ſe in mare demiſit e ſcopulo. et vt perdix nepos dedali cui cauſa necis fuit ſerra inuenta quam inuenit ad ſimilitudinem mandibule ſerpentis cum dentibus ſecare incepiſſet: ob cuius inuentionis inuidiam Dedalus eum necaſſe fertur. et pereas ſup. vt virgo Lydia: idest ilice altis miſit ſe: ab altis ſcopulis: que dixerat verba mala: idest imprecatoria: deo: ſcilicet marti inuito. Fera: ſcilicet lena popularis: idest in populo vagari ſolita impune occurrit tibi in aruo patrio: et ſit tibi cauſa necis paphage. i. vt fuerat paphagi regi ambracie. et aper qui letauit: idest letaliter vulnerauit licurgidem: idest licurgi filium butem tractum ab arbore: et qui cepit aut letauit Idmona qui vltimus ad argonauticam expeditionem venit et ab apro in bythinia diſcerptus eſt: rumpat quoque: idest etiam te. et is: ſcilicet aper: vel: idest etiam exanimus: idest mortuus faciat tibi vulnus: ſcilicet letale: vt ſup fecit illi: ſcilicet thoanti vel alteri ignoto venatori ſuper quam cecidere ora: idest caput cum dentibus ſuis ſeui: idest apri ſilueſtris. et tu idem ſis ille quem pinus: ſcilicet decidens peremit ſimili morte ſup. in phrygia et ſis borcutyades venator. i. pereas vt Atys et Nauclus ex caſu pini. Si tua contigerit. Ordo eſt. Si puppis tua contigerit ad vndas minoas. i. creticas: turba creſſia: idest cretenſis: pereat te corcyreum: idest quaſi corcyreum: hoc eſt occidat te vt ſicilienſes omnes Minos occidi iuſſit. Et ſubeas domum lapſuram: vt ſanguis alcbi: idest alcidice alebi lariſſei filia cum fuit ſtella: idest influentia celeſtis equa: idest equalis licori: idest viro: idest marito ſuo: quia ambo a domo ruente oppreſſi ſunt. Et tu merſus flumine torrenti des nomina aque rapide in qua. ſ. ſubmerſus ſis: vt vel Euenus dedit ſup. nomen Lycorbe qui Euenus poſtea dictus eſt. et eſt fluuius Etolie: vt Tyberinus a quo albula in italia dictus eſt. et feras modo: idest admodum hyrtacide cadauera digna ſup. te deſixo trunco: hoc eſt caput tuum: ſit eſca hominis: idest comedatur ab homine.

DOMI. ☞ Quodque. Brotheus Vulcani et Minerue filius (Brotheus) propter deformitatem oris contemptus ſe in pyram ardentem conijcit: alio noſe Erichthonius dicebatur ab Home. Brotheus: vt ſcri. Euſebius. Incluſus. Cherilus rerum Alexandri malus ſcriptor (Erichthonius. Cherilus.) inedia mori eſt coactus a rege: vt aiunt. Atque repertori. Archilogus cum lycambem iambico carmine inuecto ad laqueum compuliſſet: ab illius domeſticis necatus eſt. (Archilogus.) Et paruum. Ariſto cum laudes Athenarum ab oratoribus editas libris qui Panthenaici inſcribuntur carmine inſectaretur (Ariſto.) inedia eſt extinctus publico decreto. Pauſanias So in. vſ. hiſto. ſcribit Anaximenem librum ediidiſſe in Athenienſes Lacedemonios et Thebanos ſub Theoponti noſe et illius falſo ſenſeri verſum que in Alexandrum ſunt. Atque lyre. Ariſtophanes alter (Ariſtophanes.) eſt in Menechei cuius fortiſſimi robur ſcripſiſſet

Quodque ferunt brotea feciſſe cupidine mortis:

Des tua ſuccenſe membra cremanda pyre.

Incluſuſque necem cauea patiaris: vt ille

Non profecture conditor hiſtorie.

Atque repertori nocuit pugnacis iambi

Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.

Vt ve paruum ſtabili qui carmine leſit athenas

Inuiſus pereas deficiente cibo.



Atque lyre vates fertur perijſſe ſeuere:

Cauſa ſit excidij dextera leſa tui.

Atque agamenonio vulnus dedit anguis oreſti:

Tu quoque de morſu virus habente cadas

alias vt

Sit tibi coniugij nox prima nouiſſima vite

Eupolis hoc perijt: et noua nupta modo.

Atque conturnatum perijſſe licophrona narrant.

Hereat in fibris fixa ſagitta tuis

Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorum:

Sparſus vt eſt thebis angue creatus auo

Perque feros montes tauro rapiente traharis

Vt tracta eſt coniux imperioſa lyci.

Quodque ſue paſſa eſt pellex inuita ſorori

Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.

Cognitor vt tarde bleſus cognomine myrrhe

Orbis in innumeris inueniare locis

Inque tuis opifex vati quod fecit acheo:

Noſcia luminibus ſpicula condat apis.

Fixus et in duris carparis viſcera ſaxis:

Vt cui pyrrha ſui filia fratris erat.

Vt puer arpiage referas exempla thieſte:

Inque tui ceſus viſcera patris eas.

Trunca geras ſeuo mutilatis partibus enſe

alias mamerthis

Qualia mimermi membra fuiſſe ferunt.

Vtve ſyracuſio preſtricta fauce poete

Sic anime laqueo ſit via clauſa tue.

Nudave direpta pateant tua viſcera pelle:

Vt phrigij cuius nomina flumen habet.

Saxifice videas infelix ora meduſe:

Cephenum multos que dedit vna neci:

Potniadum morſus ſubeas vt glaucus equarum

Inque maris ſalias glaucus vt alter aquas

Atque duobus idem dictis modo nomen habenti

Preſocent anime gnoſia mella viam

ea tragedia que inſcribitur menetheus cuius teſtimonio Plutar. vtitur communi athenienſium decreto eiectus eſt. Atque agamennonio. Oreſtes furore liberatus ſerpentis morſu extinctus eſt tradito micenarum imperio Thiſamene filio. (Oreſtes.) Sit eupolis veteris comedie Scriptor apud grecos: (Eupolis) Quo in genere ariſtophanis ſcripta leguntur: ducta vxore primitiali nocte mortuus inuentus eſt vna cum puella. Atque: lycophron poeta grecus libellum troianum carmine iambico complexus mira (lycophron.) obſcuritate ſyluam fabularum pene omnium que apud grecos extant continet. Laudatur pater a papinio in vltimo ſyluarum: quod lycophronis obſcuritatem et vmbras explicaret: cum de antiquorum poetarum principatu certaret ſagitta ab aduerſario ictus occidit: vt hic ait Oui. Aut lacer: pentheus a furente matre diſcerptus nomen a luctu eſt ſortitus pentheus ſignificat luctum. autonoes filij cadmum habent auum qui in anguem fuit conuerſus: quamuis Pherecides aliter ſcriptum reliquerit vt propoſuimus perque feros montes tauro. (Dirce.) Dirce lyci thebarum regis vxor cum antiope: quem lycus ob ſuſpicionem concubitus repudiauerat in carcerem detrudendam ſuaſiſſet mortuo lyco: zetus et amphion nati ex antiope eam reuinctam taurorum ſylueſtrium caudis in vltionem maternam dilaniarunt ad eius locum qui fontis dircei a dirce nomen accepit Tauros illos feros fuiſſe ſcrib. Hermo. auctore interprete Apollonij: et proper. Sub crucis ora bonis Quaque: ſue paſſa eſt. Philome. vulgatiſſima fabula: dum Tereo obſcecata tincturine ſcelus prodat linguam amittit. (Philomela.) Conditor vt tarde. Cinaras quum myrrhe filie inceſtu ſe pollutum deprehendiſſet eam in arabiam vſque ſtricto enſe ſecutus eſt (Cynaras.) vbi illa in arborem ſui nominis conuerſa inter arabie odoramenta numeratur. Inque tuis opifex. Acheus Xuti filius: vt ſcribit Stra. necatis parentibus propter impudentiam in laconiam aufugit. (Acheus.) Vatem autem acheum. hic intellige Home. qui dum infans educatur ab apibus Meliſſigenes eſt dictus: hoc eſt proles apum. Sed oculos ea educatione amiſit venenatis apum aculeis ex quo dictus eſt Home. quod ſignificat cecum. (Homerus) Scribunt tamen Hero. et plutar. meliſſegenem fuiſſe appellatum: quod ad meletem fluuium ſit natus: cecitatemque ad alias referunt cauſas. Fixus et in duris. prometheus: cuius frater Epimetheus filiam habuit pyrrham in caucaſo monte aquila cor exedente cruciatur. (Prometheus.) Et puer arpiage: arpiages filium abſumſit: quod thieſte prius contigerat. (Arpiages.) Hoc magis placet: quam vt intelligas arpiagem fuiſſe filium Thieſte: quius tantalum legamus. Trunca geras ſeuo mamerthes: vt ſcripſerunt quidam mycernus Syſaphoi Corynthij frater cum fratris filium imperij cupiditate necaſſet a ſyſaphone membratim eſt laceratus: hec tamen fabula mihi incerto auctore tradita videtur. (Mamerthes) Vtque: theocritus poeta ſyracuſanus ex ſicilia carmine Bucco. Vergilio antepoſitus ob magnitudinem lingue dorice: que paſtorali ſermone aptiſſima eſt vnum ipſe totus conſtat vitam laqueo finiuit: vt hic ait. (Treocritus) Nudaque directa pateant marſias victus a phebo pelle exuens nomen fluuio dedit: de quo ſupra. (Marſias) Saxifice videas: perſeus in ethiopia liberata andromeda vinculis. (Perſeus.) Nileos cephenos: erant autem populi: qui phineo parebant plato meduſe capite in ſaxa vertit. potniadum mor. glaucus ad antedonem Boetie in baleinam conuerſus eſt. (potniades) Glaucus preterea furore equarum dilaceratus eſt inter potniam et dirtam fontes: ſcri. Stra vnum aquam potniadeas dicte ſunt. Glaucus demum veneno melle ab hoſpite cretenſi extinctus eſt.

ASCEN. ☞Et dcs tua mēbra cremāda pyre ſuccenſe.i.rogo.quod.i.quam rem ferſit.ſ.plurimi broteū ſcilicet vulcani ꝛ mineruc filium:cupidine mortis:quia ob turpitudinem ſe comtemptum viderat.et incluſus cauea patiaris necem vt ille ſcilicet notiſſimus cherillus;conditor hiſtorie:ſcilicet geſtorum alexandri magni:non pfecture qꝛ perijt fame per quod ſignificatur fuiſſe malus ſcriptor ꝛ vt lingus proterua nocuit repertori'ſ. archilocho in/uentori.iambi.ideſt carminis iambici.pugnacis.ideſt mordacis:ꝛ ad nocendum inuenti ſic:ideſt vt tuum exitium:ideſt exterminium ꝛ necem:et tu inuiſus pereas cibo deficiente:ideſt inedia coactus.vt ſup.perijt ariſtophanes:qui leſit athenas carmine parum ſtabili.i.cito abolendo:ꝛvt vates ſeuere lyre.ſ.alter ariſtophanes fertur perijſſe:ſic dextera leſa.ſit cauſa tui excidij.i.mortis tue.et vt angulis dedit vulnus Ore agamennonio.i.agamēnonis filio cadas tu quoqꝫ.etiā tu de morſu habente virus.i.venenum Nox prima coniugij ſit tibi noviſſima.i.vltima vite.Eupolis.ſ.poeta comicus grecus qui comediaꝫ veterē ſcripſit:perijt hoc modo.i.prima nocte:ꝛ noua nupta.i.coniux eius.ꝛ.ſ.hiſtoriographi narrāt licophrona.ſ.poetam cothurnatum.i.altiloquū ſcilicet perijſſe ſagitta aduerſarij.ſic ſup.pereas ſagitta fixa in tuis fibris.i.pcordijs.Aut ſpargare in ſylua lacer.i.dilaceratus manibus tuorū:vt ſparſus eſt thebis creatus auo angue ſcilicet pentheus ꝫ matre diſcerptus cuius auus cadmus fact' eſt.ꝛ traharis perferos montes tauro rapiente.ſ.te coniux imperioſa lyci.ſ.cirſe tracta eſt a filijs antiope.ꝛ quos philomella pellex inuita.i.coacta eſſe pellex ſue ſorori.ſ.progne eſt paſſa.ligua ſcilicet tua refecta:ideſt amputata:excidat.ſ.ex ore tuo ante pedes tuos.de qua re in buccolicis mētio fit.Conditor ꝛc. Ordo eſt.inueniare ſcilicet profugus ꝛ vagus in innumeris locis:orbis.i.mundi:vt cōditor myrrhe ſcꝫ filie:ſue videlꝫ cinaras tarde.i.que in arborem tardei naſcentem cōuerſa eſt cognomine.i. cognomento bleſus et apis opifex.i.mellificans cōdat ſpicula noxia.i.aculeum noxiuꝫ:qꝛ execatiuū in luminib'.i.oculis tuis:quod.i.quā rem fecit achcovati.i.poete.ꝛ tu fixus i duris ſaxis carparis viſcera.i.habeas viſcera carpta ꝛ dilacerata:vt cui Pyrrha erat filia ſui fratris.i.epimethei:hoc eſt vt prometheus in caucaſo monte religatus :cuius fratris erat pyrrha filia:ꝛ referas exēpla thieſti.i.comedaris a patre:vt puer arpiage ſup.ab ea abſumtus eſt.ꝛ tu ceſus.i.occiſus eas in viſcera tui patris ꝛ tu geras membra trūca.i.truncata:ꝛ hoc partibus tuis mutilatis:enſe ſeuo i.crudeli ſup.talia qualia ferunt fuiſſe membra mamerthis:ꝛ via anime.i.vite tue ante anhelitus tui.i.arteria vitalis ſit tibi clauſa.i.occluſa ꝛ ſtrangulata laqueo :vt ſup.fuit clauſa poete ſyracuſo.i. theocrito:et hoc fauce eius pſtita.i.ſtrangulata ꝛ compreſſa:ꝛ viſcera tua pateāt nuda ꝛ hoc pelle directa:vt phrygij.ſ.marſie:qui fuit excoriatus cuius nomina habet flumē.ſ.marſias nomine.ꝛ tu infelix videas ora meduſe ſaxifice:ideſt faciens ſaxa ex his:a quibus inſpecta fuerit que.ſ.meduſa dedit multos cephenum p cephenorum populorum ſcilicet neci.i.morti:ꝛ ſubeas morſus equaruꝫ potniadū ſcilicet carne humana veſci ſolicitarum:vt glaucus ſup.ſubijt ꝛ ſalias i aquas maris:vt alter glaucus correptus ſcilicet furare comeſta quadā herba:ꝛ mella gnoſia ideſt cretenſia.hoc eſt apum cretenſium prefocent ideſt ſtrāgulent:ꝛ intercludāt:viam anime.i.anhelitus tui et flatus vt valenti.idem nomen duobus:ideſt cum duobus dictis mihi.ideſt a me:hoc eſt:vt tertius glaucus:qui venenato melle ab hoſpite cretenſi extinctus eſt.

Sollicitoqꝫ bibas veluti doctiſſimus olim:

Imperturbato quod bibit ore reus.

Nec tibi ſi quid amas felicius hemone cedat:

Vtqꝫ ſua machareus ſic potiare tua:

Vt videas quod iam cum flamme cuncta tenerent

Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.

Sanguine probra luas vt auo genitore creatus

Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.

Oſſibus inqꝫ tuis teli genus hereat illud.

Traditur icarij quo cecidiſſe gener.

als acerno

Vtqꝫ loquax in equo eſt eliſus guttura agenor:

Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

als alta.

Aut vt Anaxarchus pila minuaris in ima

Iactaqꝫ pro ſolidis frugibus oſſa ſonent

Salmacis vtqꝫ patrem condat te phebus in ima.

Tartara quod nate fecerat ipſe ſue

Inqꝫ tuos ea peſtis eat quam dextra corebi.

DOMI. ☞Sollicitoqꝫ tibi.Socrates dānatus iniuſto crimine miſſum venenum publico athenienſiū decreto cōſtantiſſimo ore hauſit: quum primus de animorum immortalitate diſputaſſet:ex quo ſermone plato dialogum confecit. Nec tibi. Hemon cum rodopen filiam pro vxore habuiſſet perpetua temporum infamia ira numinum in montē obduruit:vna cū rodope filia.nō placet quod alij de laodomia ſcribunt.Apollodorus vo in eo libro qui ſcribitur biblioteca:ſcribit Hemonem amaſſe antigonē:ad cuius rogum enſe latus ſibi tranſfixit pre dolore:inde tragedia ſcripta variata nō nihil hiſtoria ab euripide ꝛ ſophocle de hoc nunc loquitur.ꝛ nos in comētarijs Propertij ſcripſimus Vtqꝫ. Machareus inſigni dedecore notus eſt ob concubitum Canaces ſororis:eandem turpitudinem ibidi imprecatur.Hectoreus. Aſtianacta ex turri ſpectato incendio vrbis ꝛ ſuorum interitu Vlyſſes deiecit.ſanguine.adonis filius Cinare et myrrhe ab apro eſt dilaniatus.Auo genitore. Nā pater matris eius auus fuit pater.Fabula apud Ouidium Oſſibus vlyſſes nō ſatis certam mortē habet cum Home.carmē ad reditum tm̄ progrediatur a troia omiſſa Vlyſſis morte.traditū tn̄ eſt eum fuiſſe interfectum a Thelegono:quem ex circe ſuſceperat:acerbiſſimo vulnere.Theopomp' auctore interprete lycophronis ſcrib.Vlyſſem offenſum turpitudine domeſtica rediſſe ad circem ꝛ a Thelemaco fuiſſe necatum. Thelamachum vero a Caſſiphone in vltionem matris quo tempore natum affirmat Thelegonum.Vtqꝫ loquax. agenor lapſu equi in certa ori manu extinctus eſt Aut vt anaxarchum:ob veteres iniurias anacreō Cyprius in pylla contendi iuſſit. Alij ſcribunt a Colonis necatum Anaxarchum ſed placet prior ſententia:cuius aſſertor eſt Laertius Diogenes Vtqꝫ patreꝫ :phebus Leucotheam orchmai filia

Socrates. Hemon. Aſtianax. Adonis. Thelegonus. Vliſſis mors. Thelemachus Agenor. Anaxarchus.



[Vi]cit opem miſeris argolicisqꝫ tulit.

[A]tqꝫ nepos ethre veneris moribundus ob iram

Exul ab attonitis excutiaris equis.

Propter opes nimias vt perdidit hoſtes alumnum

Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes.

Atqꝫ ferunt fratres tot cum damaſitone ceſos

Intereat totum ſic genus omne tuum.

Addidit vt fidicen miteris ſua funera natis:

Sic tibi ſint vite tedia iuſta tue.

Vt ve ſoror pelopis ſaxo dureris oborto.

Vt leſus lingua Battus ab ipſe ſua.

Aera ſi miſſo vacuum iaculabere diſco

Quo puer ebalides ictus ab orbe cadas.

Si qua per alternos pulſabitur vnda lacertos:

Omnis abideni ſit tibi peior aqua:

Comicus vt liquidis perijt dum nabat in vndis

Et tua ſic ſtygius ſtrangulet ora liquor

Aut vbi ventoſum ſuperaris neufragus equor

Contacta pereas vt palinurus humo.

Vtqꝫ coturnatum vatem tutela dyane:

Dilaniet iugulum te quoqꝫ turba canum.

Aut tu trinacrij ſalias ſuper ora gigantis

Plurima qua flammas ſi canis etna vomit

Diripiantqꝫ tuos inſanis vnguibus artus

Strimonie matres orpheon eſſe rate.

amauit quā pater indignatus defodit in terram phebus in vltionem puelle dilecte Orchamū radijs ſolaribus exuſſit. Inqꝫ tuos. Corebus victor in olympiaco certamine:vt ſcribit Strabo:ꝛ euſebius affirmat.Corebus item captus amore Caſſandre ad troiam venit in quo Vergilius ab Home.diſcenſit.nam ille ſcribit Omeneū Cabeſium Caſſandre amore fuiſſe captum Corebus demuꝫ mōſtrū in totā Pelopōneſum miſſum ſuperauit. Vtqꝫ nepos.Hyppolit' theſei filius: ethre nepos: que mater erat theſei vu gato iteritu ſupplicio diſcerpt' ab eqs vt polidorus a polymneſtore thracie rege:violato hoſpitij iure necatus eſt cupiditate auri qd habebat.Vtqꝫ ferunt amaſſython niobes ꝛ amphionis filius cū lingue materne procacitatem filij luerent penultimus ipſe extinctus eſt vt apud Ouid.in meta.xij.fuiſſe filios Propertius cecinit.Ouid.xij.de numero eorum.plura Gellius Addidit amphion coniux Niobes mortuis filijs ſibi mortē cōſciuit.Clarus arte muſice. Nam cytharam primus inuenit:quis alij Orpheo:alij Lino eā tribuant:autore Plutar. Vtqꝫ ſoror. Niobe amiſſis filijs in ſaxū Spilū dolore cōmutata eſt. Et leſus.Battus ob furtum Mercurij proditum qui boues abegerat in meſſenijs in ſaxum eſt conuerſus.Quo puer Hebalides. Hiacitus a Phebo dilectus in ludo diſci ab eo eſt extinctus p imprudentiam. Si qua per alternos. Leander cum ab Hero puellam freto Seſtiaco nocturno tempore nataret ſubmerſus eſt.Comicus. Menander comedie apud grecos autor preſtantiſſimus duꝫ in fluuio perexiguo nataret ſubmerſus eſt:vt quidā hic intelligūt.Contacta. Palinurus troiane claſſis gubernator ſomno decept' in mare decidit:at quum triduo enataſſet: in littora velienſibus eſt necatus:quod apud Verg.conqueritur.Vtqꝫ Euripides:quod male nonnulli interpretati ſunt de Lino: cuꝫ apud archilaū regem cenaſſet domūqꝫ reuerteretur:a canibus eſt diſcerptus:tragici carminis preſtantia nobiliſſimus.Nam illius tragedie cum Sophocle certant. Aut empedocles philoſophicam rationē carmine complexus Siciliā patriā nobilitauit. Naꝫ cū lucretius eiuſdē carminis ſtudio apud nos teneret:nihil empedocle nobilius in ſicilia fuiſſe affirmat.cū autē nouo mortis genere immortalitatē optaret in etnā ardēteꝫ ſe coniecit.Strymonie mulieres Thracie orpheū laniarūt.multos aūt fuiſſe Orpheos in cōmentarijs Syllij tradidim':ꝛ de huius iteritu varia ſcribit Pauſanias:que recitabimus alibi.

☞Acerno pro agenore ſuppoſuim':vt de anticlo dictū accipiam' de quo vt eſt ſcriptū apud Home.lib.iiij.odyſſe. Nā quū ad equū illū troianū trabibus conteptuꝫ grauidūqꝫ militibus impulſu numinis acceſſiſſet helena voces imitari vxorꝫ cuiuſqꝫ accepit vt inibi delireſcētium deſideria euocaret refricaretqꝫ memoriam reſponſa tentaret elicere ſedeſi ceteris patientiam ſilentiumqꝫ preſtantibus cum ſolus anticlus in reſpondendi lubrico articuloqꝫ iam foret ſtatim eſt ab vlyſſe preuentus et manibus impreſſis ſuffocatus.autor politianus quem videas.

☞Et bibas ore ſollicito ſup.aconitū veluti olim bibit reus doctiſſimus.ſ. Socrates ſolus ſapiēs ab apolline pronuntiatus:qd ſup.ipſe bibit ore imperturbato.i.conſtanti. Nec ſi tu quid amas cedat tibi felicius hemone ideſt ꝙ hemon qui cum filia rhodope quā turpiter amauit in montem obduruit:ꝛ tu patiare ſup.a ſorore tua:vt machareus ſup.paſſus eſt a ſua ſorore.ſ.canace:hoc eſt perpetuam infamiam:Aut videas:nō vt videas. Nam ordo eſt. Aut vt videas.ſ.mortem in precipitio incenſa patria quod puer hectoreus.i.hectoris filius aſtianax vidit ab vrbe patria.i.in illo:cum flāme tenerent.i.occuparent iā cuncta. Et tu luas ſanguine.ſ.tuo:probra.i.vituperia:vt ſcꝫ adonis creat'.i.procreatus ꝛ genitus auo.ſ.materno:hoc eſt cinara patre mirrhe ꝛ auo adonis.genitore.i.patre.Idē eīm erat pater ꝛ auus eiuſdem:ſed auus per filiā:cui.ſ.adoni ſua ſoror eſt facta parens:ideſt mater per facinus:ideſt per inceſtum.ꝛ illud genus teli:ſcilicet vt baptiſta mantuanus recitat roſtrum gladij ꝛ cauda trigonis.vnde verba eius ſunt. Nam gladij roſtrū caudamqꝫ trigonis aquoſi. Qua quōdam magno factum intentauit vlyſſi Thelegonus circes vſus fatalibus armis. Prefixit iaculis ſtygiaqꝫ extinxit in vnda. Hereat in tuis oſſibus quo gener Icarij:ideſt vlyſſes maritus penelopes filie icari traditur cecidiſſe:ſcilꝫ a filio tuo ſubla

Corebus. Polidor'. Amaſſython. Amphion Cythara. Niobe. Battus. Hiacith'. Hero. Menander. Palinur'. Euripides. Empedocles. Strymonie. ASCEN

tus. ⁊ vt agenor loquar. idest ꝙ assidue loqui vellet ⁊ manū in os incertaret est eliſus guttur: idest habuit gutturem eliſum in equo: idest dum incideret ab equo ſic iter vocis claudatur tibi pollice: ſcilicet tuo immiſſo. Aut minutis. i. minutim contereris in ima pila. i. inſtrumento quo cōteritur granū quoduis aut legumē vt anaxarchus ſupple tritus ⁊ imminutus eſt: ⁊ oſſa tua iacta ſcʒ epyla: ſonent pro frugibus ſolidis. idest impermiſtis ⁊ ſupple nis. ⁊ phebus condat: idest detrudat te in ima tartara: vt ſupple condidit patrem Salmacis. i. orchanium qui radijs ſcolaribus interemit: qd idest quam rem ipſe fecerat ſue nate. ſ. leucothoe: quam detruxit in locum ſubterraneum. ⁊ ea peſtis. i. mōſtrum eat in tuos: ſcʒ familiares ꝓpinquos amicos ⁊ benefactores qua. ſ. peſtem quod monſtrū dextra chorebi vicit ⁊ tulit opeʒ miſeris argolicis. i. peneloponneſi incolis. ⁊ tu exul. ſ. a patria domo excutiaris ab equis attonitis. i. cōſternatis viſis phocis vt ſup. excuſſus eſt nepos ethre. ſ. hyppolitus theſei filius moribūdus ob irā veneris q: cōtenſit rem veneream habere cū phedra nouerca ſua vt hoſpes: ſcilicet priami polymneſtor rex thracie: perdidit: idest interemit alumnum: ſcʒ polidorum filium priami quem aluerat propter nimias opes. Unde. iij. enei. polidorum obtruncat ⁊ auro Ui potitur: quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. ſic ſupple. hoſpes tuus perdat te ob exiguas: idest valde modicas opes. ⁊ vt ferūt tot fratres ceſos: ſcilicet ab appolline: cum damaſythone: ſcilicet filio amphionis ⁊ niobes: ſic omne genus tuum intereat tecum: ⁊ vt pſidicen: ſcilicet amphion addidit ſua funera: idest mortem ſuam natis: idest filijs ſuis miſeris ob ſuperbiam matris interemti ſunt ſic iuſta tedia ſint tibi tue vite: idest de vita tua vt teipſum interficias. ⁊ vt ris: idest indureas ſaxo oborto: idest preter opinionem nato. vt ſoror pelopis: idest nyobe ſup. induruit qui ſpilum ſaxum commutata eſt: ⁊ vt ſup. in ſaxum induruit ⁊ immutatus eſt battus: ſcilicet fur abigens lesus et ſua lingua qua furtum confeſſus eſt. Si tu iaculabere: idest iaciendo percuties aera: idest aerem vacuum ſolet corpore denſo: diſco miſſo. idest per diſcum ſurſum miſſum: tu cadas ictus ab orbe: idest ab codē diſco ro do quo puer ebalides. idest hyacinthus ictus ſup. cecidit: ⁊ ſi qua. i. aliqua vnda pulſabitur per lacertos. ſ. tuos alternos. i. alternatim dū nates aquas ferientes: hoc eſt ſi aliqū pernatare fluuium volueris omnis aqua ſit tibi peior abydena: idest ꝙ abydena fuit Leandro qui ad amicam properans in ea ſubmerſus eſt. Comicus vt: idest quemadmodum comicus: ſcilicet Menander noue comedie princeps: aut vt quidam volūt Terentius e grecia rediens perijt: idest ſubmerſus eſt duʒ nabat in vndis liquidis. ſic loquor ſtygius: idest infernalis ſtrangulet idest etiam ora tua. Aut vbi tu naufragus: idest naufragium paſſus ſuperaris: idest ſuperaueris equor ventoſum. idest procelloſum mare tunc ſupple pereas humo: idest terra contacta: vt palinurus: ſcilicet director nauis enee perijt ſupple interemtus in portu velino: poſtea dicto. vt. in. vj. enei. dicitur. Turba canum vigilum Apolli poſitorie: turcla diane dilaniet quoqȝ. idest etiam te: vt ſupple dilaniauit vatem cothurnatum: ſcilicet euripidem Aut tu ſalias ſuper ora gygantis trinacrij idest ſicilienſis: hoc eſt in ſicilia in monte etna relegati. Unde enei. iij. Fama eſt enceladi ſemiuſtum fulmine corpus mole hac torqueri ⁊c. ſup. ab ea parte. qua etna ſicanis. i. ſicilienſis plurima. i. abundantiſſima: vomit flammas: quod. ſ. empedocli contingit vt docet flaccus in de arte poetica et matres ſtrymonie. idest thraces diripiant. i. dilacerent tuos artus. i. membra tua vnguibus inſanis. idest ipſe inſanientes: rate. i. arbitrantes ſup. te eſſe orpheon: nam ſic orphea dilacerauerunt.

Natus vt althee flaminis ardentibus arſit:

Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.

Ut noua phaſiaca compreſſa eſt nupta corona

Utqȝ pater nupte cumqȝ parente domus:

Ut cruor herculeos abijt diffuſus in artus (aſs artus)

Corpora peſtiferum ſic tua virus edat.

Qua ſua pentidem proles eſtvlta lycurgum:

Hec maneat teli te quoqȝ plaga noui.

Utqȝ milo robur deducere fiſſile tentes:

Nec poſſis captas inde referre manus.

Muneribuſqȝ tuis ledaris vt icarus: in quem

Intulit armatas ebria turba manus.

Quodqȝ dolore necis patrie pia filia fecit.

Uincula per laquei fac quoqȝ guttur eat.

Obſtrictuſqȝ famem patiaris limine tecti,

Ut legem pene cui dedit ipſa parens

☞ Natus Meleager ob duos auunculos in apri venatione necatos in athalante gratiam abſumtus eſt altea matre ſtipitem igni ſubijciente: quem ſtipitem fatalem habeat. Acceperat enim meleagrum filium tandiu in humanis futurum: ꝙ ſtipes ille ſeruaretur. Ut noua. Jaſon ab expeditiōe argonautica reuertens ſuſceptus hoſpitio a creonte eius filiam creuſam vt. Dio. ⁊ Paū. ſcribunt vt alij glaucam vxorem duxit: contempta medea: que in iniuriam vlaiſceretur naptem genus bituminis attulit ſponte in corona: que eo licore tincta remotiſſimum ignem ab aris ſacrorum attraxit: imiſſo incendio domui ⁊ domeſticis omnibus Alij aliter rem geſtam tradunt: ſed hec a plinio in hyſtoria ꝓbantur. vt cruor. tunica venenata membra herculis correpta ſunt magno cruciatu: quaʒ miſſam a deyanira licas attulerat: vt ſupra eſt dictum. Quē ſua butes lycurgi fi. ob patrem ſublatum a baccho eius numinis ſacerd. omnes necauit varijs ⁊ acerbiſſimis ſupplicijs Atqȝ milo milones complures fuiſſe ſupra eſt traditum: inter quos crotoniates nobiliſſimus fuit. robore lacertorum quibus fretus cum lignum ſemifixū in ſylua errans inueniſſet: conatus eſt manibus deducere: ſed cuneis exeūtibus comprehenſis eius manibus in medio conatu ſubſtitit. preda feris Meminerūt Cic. ⁊ Dio. muneribus. Icarus erigones pater cum attice colonos vini vſum docuiſſet illi inuſitato liquore ebrij venenum datū ſibi arbitrātes eū necarūt vno īpetu. cuiꝰ morte audita erigone filia laq̄o vitā finiuit: notiſſima fabula eſt hiſtoria: ſʒ ab hyginio ī ꝑmis ꝯpluribꝰ ꝟſibꝰ tradita Obſtrictꝰ tm̄ erat laudis bellice ſtudium apud lacedemonios: vt matres filijs in aciē ꝓdeūtibus ſcuta porrigentes hec dicerēt petite in his aut victores aut mortui: Euriſthenes cū male pugnaſſʒ, domū

DOMI.

Jaſon.

Butes.

Milo.

Icarus.

Erigone.

Lacene matres



Illius exemplo violes ſimulacra mineruę:

Aulidis a portu qui leue vertit iter.

Naupliadeqȝ modo ficto pro crimine penas

Morte luas: nec te non meruiſſe iuuet.

Ethalon vt vita ſpoliauit inſidus hoſpes:

Quem memor a ſacris nunc quoqȝ pellit io

Utqȝ melantheum tenebris a cede latentem

Prodidit officio luminis ipſa parens.

Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:

Sic precor auxilijs impediare tuis.

Qualis equis pactis quos fortis agebat achilles

Acta phrygi timido eſt nox tibi talis eat.

Nec tu quam rheſus ſomno meliore fruaris:

Quam comites rheſi tu necis ante diem:

Quam quos cum rutilo morti ranniete dederunt

Impiger hirtacides irtacideqȝ comes.

Cliciadeqȝ modo circundatus ignibus atris.

Membra feras ſtygie ſemicremata neci

Utqȝ remo muros auſo tranſire recentes.

Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.

Deniqȝ ſarmaticas inter getitaſqȝ ſagittas

His precor vt viuas ⁊ moriare locis.

Hec tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello:

Immemores ne nos eſſe querare tui.

Pauca quidem fateor. ſed dij dent plura roganti:

Multiplicentqȝ ſuo vota fauore mea.

Poſt modo plura leges: ⁊ nomen habentia verum

Et pede quo debent acria bella geri:

templ... ...

indignata cū clauſum inedia p...

exemplo. Agamēnon mactata iphianaſſa filia ſecundos vētos impetrauit a diana: cuius indignatione neptunus mare infeſtum reddiderat grecis ſed cum eo ſacrificio cerua pro filia ſuppoſita fuiſſet: dati quidem fuerunt in preſens optati venti: ſed diana offenſe non immemor effeciſſe dicitur: vt a clitenneſtra vxore agamennon interficeretur. Placet magis legas mineruę: ⁊ intelligas de aiace oilei qui ob violatam Caſſandram in templo Palladis ira dee naufragium fecit: vt ante eſt dictum ex ſententia ⁊ Home. ⁊ Stra. Naupliade: palamedes crimine ficto ab Ulyſſe: quod aurum a priamo in grecorum proditionem accepiſſet lapidibus obrutus eſt. Etalō: ethalus ab iſidis ſacerdote hoſpite necatus eſt. iratum numen ſigna dedit futuri mali in egyptios omnes quod vt declinarent: inſtituerunt ne quis ex eius familia: qui Ethalon hoſpitem necaſſet in egypto eſſet: aut vllo tempore ſacerdotij dignitatem attingeret: certe quidem leges erāt quibus ſacerdotia dari poſſent vt ſcribit Joſephus. Atqȝ Melantheus: potes intelligere de cuſtode caprarū lyſſis. Sed placet intelligas de codro qui Melanthei filius fuit vt Strab. ſcribit. ⁊ patrem necauit. Deprehenſus ab athenienſibus ad ſupplicium matre indicante qua vna conſcientia latebat. Qualis Dolonem a troianis miſſum in grecorum caſtra explorandа captum Ulyſ. et Diomedes tota nocte in queſtione habuerunt ſciſcitātes quid apud troianos ageretur is autem venerat vt equos achillis abduceret quos promiſerat troianis: ſed noctem illā egit inſomnē magno metu: talē imprecatur ibidi. Nec tu ꝙ. Rheſus thracie rex equos albos troianis adducerebat: qui ſi pabula troie guſtaſſent in fatis erat pergama capi non poſſe ſed ipſe cum comitibus a grecis interfectus eſt cum noctem ageret magno metu: ꝙ quos Niſus ⁊ Euryalus in caſtris turni rannetem trucidarunt dormientem vna cum multis alijs. Clyciade. alcibiades cuʒ in phrygia ab atenienſibus exularet iniuſſis percuſſoribus publico decreto in cubiculo crematus eſt Fuit autem clytie filius. potes ⁊ clytiadem intelligere filium Clytie puelle dilecte a ſole: qui radijs phebi exuſtus. Atqȝ remo. remus cum preter fratris edictum muros rome incboatos tranſcenderet: a Fabio celere necatus eſt. Celer autem officij nomen eſt. nam romulus ſatellites ſuos celeres appellauit: auctores ſunt Plutarchus: Liuius: ⁊ Dionyſius.

Palamedes.

Etalon.

Melantheus.

Codrus.

Dolon.

Rheſus.

Niſus.

Euryalꝰ

Rannes

Alcibiades.

Clytie

Celer.

☞ Et vt natus. idest filius altee: ſcilicet meleager arſit idest conſumtus et combuſtus eſt flammis ardentibus: ſic rogus tuus ardeſcat igne ſcilicet fatalis in rogum tuum immiſſ a matre vt noua nupta ſcilicet iaſonis ſpōſa: hoc eſt creuſa creōtis corinthiorum regia filia arſit corona phaſiaca. i. a medea phacide: ſeu colchide miſſa vt pater nupte: ſcilicet creontes: et domus ſcʒ tota ſcilicet arſit cū parēte ſic tu ſup. ardeas: et vt cruor. ſ. neſſi venenoſus abijt diffuſus in artus herculeos. i. in membra herculis per camiſiam a Deyanira per Lycam miſſam: ſic virus: idest venenum perſtiferum edat. i. abſumat corpora tua. Hec plaga noui teli qua lycurgum penthidem. i. penthei filium: ſua proles. i. filius butes: eſt vlta. ſ. occidendo bacchi ſacerdotes varijs ſupplicijs: maneat: idest expectet quoqȝ idest etiam te. Et tentes: idest coneris deducere: idest diuerſas partes diſtraheret robur: idest arborem robuſtā: aut reuera arborē robur dictā: que eſt de genere quercuū: fiſſile. i. fiſſam et rimoſam: vt. i. queādmodū milo ſupple tentauit: vt etiā Aulus Gellius recitat: nec poſſis referre inde. i. ex ipſo robore manus captas. i. cōprehēſas ab arbore: ⁊ ita maneas preda feris: vt ille māſit. Et ledaris tuis muneribus: idest ob tua munera ⁊ inuenta: vt icarus ſupple leſus eſt: ob inuētū vinū in quem ebria turba. ſ. agreſtiū credēs ſe veneno infectum intulit manus armatas q̄ ipſum occiderūt. Et fac quoqȝ. i. etiā vt ſupple gutt̄ tuū eat ꝑ vincula laquei. i. vt ſtrāguleris ⁊ ſuſpēdaris: quod. i. quē rē pia filia ſcilicet. Erigone virgo fecit dolore. idest ob dolorem: ne

ASCEN

ſolicitus in limine tecti.i.domus pallaris fam. Et ſupple fan
eurytbenes lacedemonius cui ipſa parens:ideſt mater dedit legem pene:vt recitatū
o. Illius exemplo. Ad finem vſꝫ quem nunc attingimus imprecatur in ibin. Ordo eſt. violes ſimula
minerue exemplo illis ſcilicet aiacis oilei:qui concubitu templum palladis inceſtauit : qui vertit iter leue:
ideſt facile a portu aulidis:ob quam rem volunt alij legendum eſſe diane. Et luas morte ſcilicet tua: penas pro
crimine ficto.i.falſe impoſito more naupliade:ideſt palamedis naupli filio ab vlyſſe falſe accuſato : nec iuuet te
non meruiſſe:ideſt nec proſit tibi.quod non merueris:ſicut nec palamedi profuit. Et vt ipſa parens: ideſt ma
ter prodidit officio luminis:ideſt agnitione per oculos facta melantheū:ſcilicet filium ſuum latentem:ideſt o
fenſum a cede:ideſt occiſione:teneb:is:ideſt beneficio tenebrarum:ſic tua corpora fodiantur telis coniectis ſci
licet in ea:z ego precor:vt impediare ſic a tuis auxilijs.i.ab his qui tibi auxilio eſſe deberent:vt illa a matre im
peditus eſt. Qualis nox eſt acta phrygi:ideſt troiano ſcilicet doloni timido:ſcilicet propter furtum:quod atten
tauit:hoc equis quos fortis achilles agebat:pactis:ideſt pollicitis ab eo talis nox eat tibi.i.illudaris ⁊ tandē
neceris.vt ille. Nec tu fruaris meliore ſomno:ꝙ rheſus ſcilicet rex thracie:qui prima nocte cum troiam intrare
non poſſet ſomno grauatus deprehenſus ⁊ occiſus eſt:ablatis equis eius candidiſſimis ⁊ fatalibus:nec tu frua
ris meliore ſomno ante diem necis.i pridie ꝙ necaberis:ꝙ ſup. fruebantur comites rheſi. Et non fruaris me
liore ſomno:ꝙ ſup.ij quos hirtacides.i. niſus impiger:ideſt velociſſimus curſor:vt patet.v.eneid. ⁊ etiam no
uo. Et comes hirtacide ſcilicet eurialus dederunt morti ideſt occiderunt cum rannete rutulo:dum ſcilicet p̄ po
ctem ad eneam iter habebat per caſtra rutulorum vt late patet eneid. Et tu feras membra ſemicremata.i.ad
medium cremata neci ſtigie.i.ad mortem infernalem exiſtens circundatus auris ignibus more eliciade.i. alci
biade:qui in cubiculo crematus eſt:aut more elicie puelle filij qui radijs ſolis exuſtus perijt. Et tela ruſtica ſint
noxia.i.noxiua tuo capiti.i.interficiant te vt.ſup. fuerunt noxia remo fratri romuli auſo tranſire muros . ſcili
cet rome recentes.i.recenter factos:⁊ adhuc humiles:deniꝫ ego precor vt viuas ⁊ moriare his locis.ſ.in quibus
me eſſe gaudes inter ſagittas ſarmaticas ⁊ geticas.i.ſarmatarū ⁊ getarū ferociū populoꝝ ad glacialē oceanum
habitantiū.hec.ſ.maledicta ⁊ noxiua vota.ſunt miſſa tibi tantiſper ſcȝ dū inter geticas ſagittas moraris.libel
le ſubito.i.ſubito calore edito:ne querare:id queraris nos eſſe immemores tui.hoc per irriſionem dicit:q: me
lius eſſet non eſſe memorē:ꝙ ſic ego quidē fateor pauca ſup. hec eſſe : ſed dij dent mihi roganti plura ſup. mala
in te imprecari ⁊ multiplicent mea vota ſuo fauore. Et leges modo.i.poſt modū:plura.i.plures imprecationes
et habentia verū nomen.ſ.tuum cū nunc per fictionē ibis voceris:et ſup. cōfecta pede.ſ. iābico quo acria bella
ideſt hoſtiles imprecationes:debent geri.i.ingeri ⁊ imprecari.

¶ Domitius calderinus.

Laudat papinius patrē ꝙ per tenebras Licophronis poete ſine errore incenderet . Ego in tā obſcu
ro Ouidij opere:interpretando tantā laudem:nec agnoſco:nec mihi aſſumo: vt in tā reconditis lo
cis aliquando non offenderim:qui ⁊ ea doctrina non ſum qua Papinij patrē fuiſſe credimus : atꝫ
vtinam:vel mediocri eſſem:vt opus habui interpretandum in quo poeta obſcuritatem non ſolum
aduixit vt ille ſed affectauit vt nemo preter Callimachum:quo obſcurior per emulationē eſſe con
tendit. Id quod initio diximus Licophronis carmen:legimus ſepe in quo argumento quidem Ouidio gran
dior ſed verbis apertior nobis videtur : et ceci ſane qui interpretantur. in tanta preſertim librorum copia non
tam per coniecturā fabule apud illū indagāde fuerunt ꝙ colligende diuerſe a diuerſis autoribus ſcripte. Mihi
vero vix vno verbo deſignate occurrebant:vt primū:quod ſi vellet conficiendum fuerit: tamē quid afferre poſſ
ſemus elaborandū. Breuitatem in primis ſum ſecutus:vel ꝙ opus quoꝫ breue eſſet: vel eius generis ſunt que
recitauimus vt capite ijs adumbrato reliquum corpus coloribus quos indicauimus facile deduci poſſet. Opu
ſculi initio ingenue aſſus ſum quos habeam autores:ſi qua preterea alij inuenerint in cōmunem afferant vti
litatem. Nos commentarios in Iuuena.quos viro principi indicauimus : cum reliquo opere librarijs nuper
tradidimus imprimendos. Aliquid ſcripſerim:quid affecerim:aliorum erit iudiciū. Ea certe fore confido : quē
duo quinquagenarū homines quorū vterꝫ induſtrie noſtre vel inuidet:vel pie aduerſat ab eo:qui vigeſimū
num compleuit annum dicere malint ꝙ ignorare. Uale Falco ⁊ ama me.

Pub. Ouidij Naſonis opera hoc volumine contenta anno poſt partum virginis. Milleſi
mo quingenteſimo decimooctauo. decimo kalendas Iunij Lugduni Anthonius du Ry
imprimebat.

¶ Regiſtrum huius operis.
A a b c d e f g h i k l m n o p q. Omnes ſunt quaterniones
demptis A et p qui ſunt duerniones ⁊ q qui eſt ternio.

UNIVERSITARIA